XIV
E.
21.
BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XIV
E
21
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ZEGERI BERNARDI

VAN-ESPEN

Juris utriuſque Doctoris

SCRIPTORUM OMNIUM

Decem Tomis comprehenſorum.

INDEX

RERUM NOTABILIUM

CÆTERIS HUCUSQUE CUSIS EDITIONIBUS

AUCTIOR, UBERIOR, EXACTIOR.

Digitized by Google

Digitized by Google

JURIS
ECCLESIASTICI
UNIVERSI

ANTIQUÆ ET RECENTIORI DISCIPLINÆ
PRÆSERTIM BELGII, GALLIÆ, GERMANIÆ
ET VICINARUM PROVINCIARUM
ACCOMMODATI

AUCTORE

ZEGERO BERNARDO VAN-ESPEN

PRESBYTERO, J.U.D. SS. CANONUM PROFESSORE
IN ACADEMIA LOVANIENSI

INDEX
RERUM NOTABILIUM

CÆTERIS HUCUSQUE CUSIS EDITIONIBUS AUCTIOR, UBERIOR, EXACTIOR

STUDIO AC CURA

R. U. J. D. D. ANTONII DE ALTERIIS

SANCTÆ ECCLESIÆ PELUSIENSIS PRIMICERII.

TOMUS DECIMUS.

NEAPOLI.
EXPENSIS ANTONII CERVONII.

PUBLICA AUCTORITATE, AC PRIVILEGIO.

MDCCLXIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTONII CERVONII

NEAPOLITANI BIBLIOPOLÆ

AD LECTOREM

PRÆFATIO.

Novissimam hanc Zegeri Bernardi Van-Espen editionem, omnia ejus ſcripta complectentem, numeriſque omnibus abſolutam en, Candide Lector, tibi exhibeo, offeroque. Ipſa itaque quam cæteris huc-uſque in lucem editis præſtat, ex ſe patet. Laudes adtexere, vel præconia adnectere, ſuperfluum: quiſque enim quâvis animi præoccupatione exutus eammet cum aliis jam cuſis conferre, inſpicere, ac conſulere poterit; indeque contra blaterantes vices noſtras ſuſtinendo cauſam dicat.

Exemplar Gallicanum cæteris auctius, uberius, exactiuſque, uti in præfatione Tomo Primo adfixa monui, pro noſtra conficienda ſelegi. Notas, Monumenta quamplura, necnon D. Giberti Additiones ad unguem tranſcripſi, rerumque ordinem accurate diſtributum ſervavi, nihilque demum quod cuique offendat, omiſi: & a pleriſque mendis typographi incuriâ ſcatentibus caſtigatam, emendatamque hanc noſtram reddidi.

Quod vero ad poſtremam Venetam attinet editionem paucis perſtringam verbis. Eamdem igitur præ manibus habui, atque accurate examinandam, diligenterque perſcrutandam Viro optime merito, & litteris apprime verſato, præcipueque omnibus Eſpenii ſcriptis, tradidi; qui, ipsâmet inſpectâ, & ſtudioſiſſime cum Gallica conlatâ, non abſimilem ab altera jam edita in lucem prodiiſſe conſtanter adſeruit; immo ad unguem fuiſſe tranſcriptam teſtatus eſt. Fateor tamen lubenti animo, ei, cui præfari demandata fuit cura, oſcitanter e calamo excidiſſe, quod in Veneta editione illi prænotati in Præfatione Tractatus deſiderarentur, quique jam cuſi exhibebantur. Monumenra nihilominus omnia non integre, immo perplura omiſſa, in eadem conſcripta inſpiciuntur; eamque multis capitibus obtruncatam, locis quamplurimis vitiatam, ac depravatam eſſe ſanior litteratorum pars proclamat. Facti, ut iiſdem typographi utar verbis, res eſt. Quiſque igitur utramque conſulendo de rei veritate certior redditus adverſus invidos inſurgat, ſuamque deinde proferat ſententiam.

Notas vero, licet alienâ manu adſutas, quaſque in infinitum quiſque augere queat, Doctis ſupervacaneas, indoctis inutiles fore, neſcio quâ fronte Typographus aſſerere non dubitavit. Ipſæ enim notæ non aliter adſtruuntur, & cuicumque Operi adjiciuntur, niſi ad ipſius textus, qui aliquam interdum difficultatem, vel quamdam obſcuritatem involvit, explicationem, interpretationemque, vel eruditionis ergo, dummodo conſonæ, congrueque confectæ reperiantur. Tales enim a Viris in litterarum curriculis optime meritis illæ Eſpenianis ſcriptis affixæ reputantur; & ab eruditis, Doctiſque non levis ſed magni ponderis ſemper habitæ fuerunt. Indoctis vero non tam inutiles forent, quam ipſummet Eſpenianum Opus; eo quod nec oculos habent, nec aures, & ad videndum, & ad audiendum quidquid vel doctius, vel elegantius, vel eruditius ſparſim in eo exaratum invenitur.

Additiones quidem a D. Gibert Gallico idiomate conſcriptas, quæ Concordata, leges, & conſuetudines Gallicanas reſpiciunt, quæque huic noſtræ editioni ſunt adjectæ, non tam utiles quam opportunas, ac neceſſarias adjudicavi: ideoque ipſas juxta Pariſienſe exemplar ad calcem cujuſque Tomi, uti materiarum ordo & ſeries requirebat, adnectere non abs re fore duxi: nam eæ communi omnium ſenſu ad majorem explanationem, claritatemque Eccleſiæ Gallicanæ diſciplinæ, legum, conſuetudinumque, necnon Concordatorum, mentem animumque legentium conducunt; & ut de iiſdem, & de Eſpenii ſcriptis a

quo-

Digitized by Google

quovis major pleniorque cognitio habeatur. Reliquum igitur eſt, me illam Pariſienſem editionem imitantem hac noſtrâ noviſſimâ neminem decepiſſe, quam certe ſi quis omnibus aliis excellere inficias ire audeat, ſibi ipſi illuderet, & lucem ſoli negaret.

Ad præfatam noſtram igitur recentem editionem devenio, eamque commodiorem, exactiorem, uberioremque cæteris hucuſque editis abſque ulla hæſitatione eſſe cuique compertum eſt; nam eam a pleriſque mendis vel typographi incuriâ, vel ejus, cui revidendi cura erat demandata, oſcitantiâ, caſtigatam, emendatamque, eâ, quâ licuit, diligentiâ reddidi: nec laboribus, nec ſumptibus vel minimum quidem pro eadem conficienda parſi. Gallicam uti uberiorem locupletioremque ſum imitatus, Gibertianas Additiones inſerui, adſtructas notas tranſcripſi, immo quamplurimas, quæ huic noſtræ editioni reſpondent, adjeci remiſſivas ad Jus Eccleſiaſticum Univerſum, & præcipue quum quædam ſcitu digna adnotantur, ac alibi de iis pertractatum eſt. Inſuper Tractatum, qui inſcribitur, *Æquitas ſententiæ Parlamenti Mechlinienſis in cauſa ventilata & deciſa inter Clariſſimum D. ZEGERUM BERNARDUM VAN-ESPEN & Reverendiſſimum D. PETRUM GOVAERTS Diœceſis Sylvæducenſis Vicarium Apoſtolicum &c.* quique in aliis editionibus, & præſertim in utraque Veneta, deſideratur; & alterum, qui titulum præſefert, *Reſponſio Epiſtolaris de numero Epiſcoporum ad validam ordinationem Epiſcopi requiſito &c.* in nulla alia uſque nunc edita editione, ac etiam in Pariſienſi, quod ſcitur, occurrentem, communi bono excudere curam omnem adhibui, atque extremæ IX. Tomi parti inſerui.

Elenchum itidem cujuſque Tractatus, vel Opuſculi, ac materiarum occurrentium pro legentium bono unicuique volumini præfigere curavi, & ut ſtatim quidquid Volumen illud complectitur, pateat, & initio quiſquis inſpiciat.

Indicem denique Rerum notabilium tam in Jure Eccleſiaſtico Univerſo, quam in cæteris aliis Operibus ſive Tractatibus occurrentium numeris omnibus abſolutum Viro Eſpenianis ſcriptis apprime verſato, cui conficiendi curam demandavi, concinne elaboratum, accurateque exaratum, hunc tantum Decimum Tomum complectentem, adnexui; & pro legentium utilitate uberiorem, auctiorem, exactioremque reddidi; qui non Tomos tantum, paginas, & columnas cujuſque paginæ, ſed & numeros & paragraphos cujuſque Tractatus, Romanis Arabiciſque numeris deſignatus, indicat.

Se-

Digitized by Google

Sequentes notæ, quæ quaſdam difficultates explanant, extra ordinem vagabantur, & in Gallico exemplari poſt Monumenta Primo Volumini adhærent; eaſdem huic Tomo Decimo ſub initio affixi, paginarum numerum, ad quas referuntur, deſignando.

Hæc de Eſpenianis Scriptis, quoad potui, collegi; & exacte Gallicanam editionem, ordinemque in ea tributum, ac methodum ſervatam ad unguem proſequendo, recentem noſtram in hanc formam redegi. Cæterum noſtros hoſce labores, operam, induſtriamque omnem communi bono deſtinatam quiſque proſequi curet, ſtudeatque. Vale.

Digitized by Google

NOTA ELUCIDANS DIFFICULTATEM

QUÆ ORIRI POTEST EX NUMERO IV.

Cap. IV. *tit.* IX. *col.* 2. *pag.* 112. *Primi Tomi hujus editionis.*

INſra ſcriptus requiſitus declarare mentem ſuam circa quemdam locum Operis ſui, quod inſcribitur: *Jus Eccleſiaſticum univerſum*, &c. Parte 1. Tit. IX. cap. IV. nº. 4. pag. 112. ubi ſic legitur: Si VICARIUS *ſit in aliqua cauſa ſuſpectus*, *providet Capitulum; atque vi Juriſdictionis apud ipſum remanentis de cauſis ſuſpectationis cognoſcit*, *ut tradit Fagnanus ad cap.* HIS QUÆ ✠ *de Major. & Obed. nº. 76.*

An ſcilicet hiſce verbis infra ſcriptus voluerit docere, quod juxta diſciplinam & praxim Belgarum Capitulum, Sede vacante, cognoſcat de cauſis ſuſpectationis ſeu recuſationis juridice adverſus perſonam & judicium *Officialis* propoſitæ?

Declarat, mentem ſuam nullatenus fuiſſe iſtis verbis docere, quod juxta praxim Belgarum Capitulum Cathedrale, Sede vacante, cognoſcere poſſit de cauſis ſuſpectationis contra *Officialem*, qui Juriſdictionem *contentioſam* exercet, intentatæ: Sed duntaxat quod Capitulum cognoſcere queat de cauſis ſuſpectationis propoſitæ adverſus *Vicarium*, qui tantum habet Juriſdictionem in *Voluntariis* & *Spiritualibus*, & qui proprie ſecundum praxim Belgarum vocatur *Vicarius generalis*; de quo ſolo hoc capite agebatur.

Neque enim capitulo etiam Cathedrali fas eſt poteſtatem *Officialis* ad certas cauſas reſtringere, vel modum illi præſcribere, quo in Juriſdictionis ſuæ exercitio procedat; quod tamen Capitulum poſſe circa *Vicarium*, expreſſe eodem illo capite notavit infra ſcriptus; ut proinde vel ex hoc evidens ſit, infra ſcriptum unice de *Vicario* in ſpiritualibus hic agere voluiſſe.

Ulterius numquam incidit vel dubium ipſi infra ſcripto, quod *Officialis* a Capitulo ſemel conſtitutus poſſet pro arbitrio revocari: hoc tamen circa *Vicarium* non ita certum eſſe ibidem indicavit.

Igitur quod ex Fagnano loco citato adduxit infra ſcriptus, unice adhibuit, ut etiam per auctoritatem illius Canoniſtæ probaret, Juriſdictionem *Vicarii*, nimirum in *Voluntariis*, dependentem eſſe a Capitulo, penes quod ipſa ſemper radicaliter remaneat: quamquam Fagnanus praxim Italiæ ſecutus *Vicarium* & *Officialem* confudiſſe non ignoretur.

Neque ſane aliud infra ſcripto incidere unquam potuiſſet; cum notorium ſit, ſecundum conſuetudinem & praxim Belgarum capitula Cathedralia, Sede vacante, nullum habere Epiſcopalis Juriſdictionis contentioſæ exercitium, nullum Tribunal aut Forum contentioſum, neque Curiam, neque Miniſtros, puta Promotorem, Apparitores, aut ſimiles, ſaltem in ordine ad ſtrepitum Forenſem: quia licet quædam capitula habeant ſimiles Miniſtros, eos habent, ut exerceant quamdam Juriſdictionem non *contentioſam*, ſed *correctionalem*; idque duntaxat in illos ſibi ſubditos, qui de gremio Eccleſiæ ſuæ exiſtant.

Quin licet Epiſcopus conſtituat ſnum *Officialem*, tamen praxis Belgio notoria habet, ut cauſa ſuſpectationis contra *Officialem* allegata non deferatur ad Epiſcopum decidenda, ſed juxta jus commune ad arbitros a partibus eligendos.

Ita declaratum Lovanii hac 13. Novembris 1726. erat ſignatum Z. B. Van-Eſpen J. U. D. & Prof.

EDI-

EDITORIS NOTÆ

IN CONCORDATA GERMANICA

QUÆ REFERRI DEBENT

Ad paginam 159. *col.* 1. *cap.* 2. *tit.* XIII.

PRIMI TOMI HUJUS EDITIONIS.

ESpeniarorum Operum Editor promiſerat Diſſertationem in Concordata Germaniæ, habita 19. Martii anno 1448. Nicolaum V. ſummum Pontificem inter & Fredericum III. Imperatorem; at propter rationes, quas referre ſupervacaneum foret, notas quaſdam diſſertationis loco duntaxat ſubjicit.

I. Quidem notandum eſt in iſtorum Concordatorum paragrapho *de cæteris*, ob variam cujuſdam parentheſeos poſitionem difficultates varias procreari. Sic autem legitur in novis Cleri Gallicani commentariis tomo undecimo, pag. 1818. col. 2.

„ De cæteris dignitatibus & beneficiis
„ quibuſcunque, ſecularibus & regularibus
„ vacaturis, ultra reſervationes prædictas
„ (majoribus dignitatibus poſt Pontificales
„ in cathedralibus & principalibus in col-
„ legiatis Eccleſiis exceptis) de quibus ju-
„ re ordinario providetur per illos inferio-
„ res, ad quos alias pertinet; placet etiam
„ nobis quod per quamcumque aliam reſer-
„ vationem, gratiam expectativam, aut
„ quamvis aliam diſpoſitionem ſub quacum-
„ que verborum formula per nos vel au-
„ ctoritate noſtrâ factam vel faciendam;
„ non impediemus nos quominus de illis
„ cum vacabunt de Februarii, Aprilis,
„ Junii, Auguſti, Octobris, & Decembris
„ menſibus, libere diſponatur per illos, ad
„ quos eorum collatio, proviſio, præſen-
„ tatio, electio, ſeu quævis alia diſpoſitio
„ pertinebit, reſervatione, aliâve quâvis
„ diſpoſitione, auctoritate noſtrâ factis, vel
„ faciendis, non obſtantibus quibuſcumque„.

Pro varia ratione collocandi prædictam parentheſim, variæ naſcuntur difficultates circa collatorem, qui conferre debet majores dignitates, quæ poſt pontificales in cathedralibus Eccleſiis primum locum obtinent. Sunt Canoniſtæ, qui contendunt poſt hæc verba *Eccleſiis exceptis* claudendam eſſe parentheſim; & ea videtur eſſe opinio Auctoris novorum commentariorum Cleri Gallicani; porro qui ita ſentiunt, arbitrantur penes eſſe ſummum Pontificem in quocumque menſe jus diſponendi de majoribus dignitatibus, quæ poſt Pontificales in Cathedralibus primum locum obtinent.

At ſunt alii Canoniſtæ, qui ulterius parentheſim collocant, ſcilicet poſt hæc verba *ad quos alias pertinet*. Qui hanc parentheſeos poſitionem vindicant, hi contendunt collationem majorum dignitatum poſt Pontificales eſſe penes Ordinarium, aut penes Capitulum quod eligit.

Sunt qui nullam agnoſcunt parentheſim; revera in textu autographo & primigenio non comparet parentheſis; at ejus defectus ne-

Digitized by Google

nedum minuat difficultatem, videtur illam magis augere.

Ubinam igitur collocanda eſt parentheſis? Neſcio.

Nec noſtrum inter eos tantam componere litem.

Hac de re conſuli poſſunt ſcripta, quæ duo litigantes Canonici de Præfectura Eccleſiæ Cameracenſis ſibi invicem oppoſuerunt; hi autem Canonici ſunt D. De la Verdure de Gaverelle ex una parte, & ex altera D. Robertus Filzmaurice: uterque ſcripta pro jure ſuo defendendo publici juris fecit ſeptem abhinc annis; neuter ſuâ cauſâ cecidit; adhuc ſub judice lis eſt, uti creditur.

II. Quæritur utrum ſint quædam in Galliarum Regno civitates, in quibus circa modum beneficia conferendi, Concordata Germanica obſerventur.

Reſpondeo: Vel agitur de civitatibus, quæ Imperio Germanico obnoxiæ erant, quando Concordata habita ſunt; vel de civitatibus, quæ tunc huic imperio eſſe deſierant, aut numquam fuerant obnoxiæ, vel agitur de civitatibus, circa quas dubium eſt, an tum ad Germanici Imperii dominium pertinerent.

Si de civitatibus, quæ Imperio obnoxiæ erant, quando Concordata inita ſunt, agatur; arbitrantur Canoniſtæ in iis obſervari Concordatorum executionem, modo ſuarum prærogativarum conſervatio a Rege Galliarum promiſſa civibus fuerit, aut reſtituta.

Si quæſtio tantum ſit de civitatibus, quæ ad imperium neque mediate neque immediate pertinebant, fatendum eſt penes omnino eſſe Galliarum Regem, ut iis Concordatorum obſervationem permittat, vel recuſet. Videndum igitur eſt utrum jus ea obſervandi conceſſerit, vel ab ejus prædeceſſoribus conceſſum fuerit.

Si tandem quoddam adeſſe videatur dubium, an eo tempore, quo facta ſunt Concordata, iſtæ civitates fuerint jure legitimo obnoxiæ Imperio Germanico, aut an Concordata libere acceptaverint; tunc ut nulla difficultatis ratio habeatur, concedere ſolet ſummus Pontifex Bullam, quæ privilegium, quod idiomate Gallico *Indult ampliatif* nuncupant, complectitur.

Ea reſponſio clarior fiet verbis Domini Talon, quæ ex una ejus orationibus cauſidicis deſumpta ſunt (*Tom.* 1. *du Journ. des Audien. l.* 3. *ch.* 89. *éd.* 1678.) Ecce viri doctiſſimi contextus.

L'Empereur & les Princes d'Allemagne, ne voulant pas être de moindre condition que les François, traiterent avec le Pape Nicolas V. & firent le Concordat Germanique l'an 1447. * *Et parce que l'Evêché de Metz & le pays Meſſin n'a jamais été une province d'Allemagne, étant aſſis au-deçà du Rhin, ſinon en conſéquence de l'uſurpation qui en avoit été faite, le Pape par ſa Bulle de* 1450. *déclara l'Evêché de Metz être compris dans le Concordat Germanique, & cette Bulle s'appelle un Indult ampliatif, dans lequel Concordat Germanique le Pape ſe reſervant la proviſion aux Bénéfices la moitié de l'année, il conſent que l'élection ait lieu pour les Egliſes Cathedrales & Métropolitaines, & promet de ne point uſer de réſerves & graces expectatives, qui empêchent les Ordinaires en la liberté de leurs fonctions dans les mois qui leur ſont délaiſſés.* Huc uſque Orator facundiſſimus D. Talon, cujus oratio plurimam lucem effundit in loca, quæ in Concordatis Germanicis quamdam obſcuritatem involvunt; quare non pigebit eam pervolviſſe.

Sextâ Auguſti anno 1672. ea quæſtio agitata eſt in Senatu Metenſi, an Concordata Germanica in Diœceſi Tullenſi obſervari debeant; an vero Concilii Tridentini decreta, quæ Beneficiorum collationem ſpectant, in eo Epiſcopatu recepta fuerint. Ut innoteſcat quid hac de re dictum fuerit, conſulantur quæ collegerunt Auctores Diariorum Palatii, in fol. tom. I. p. 290. &c. edit. Paris. 1701.

III. Inquiret fortaſſe non nemo, an Prote-

* Rectius ſentiunt, qui ad annum 1448. Concordata Germanica referunt. Conſule Corpus Diplomaticum a viro erudito Dumont collectum. *Tom.* 1. *pag.* 164. *col.* 2. ad notam ſecundam.

teſtantes Concordatorum Germanicorum rationem aliquam habeant?

Reſpondeo: Proteſtantes Germanicos ab eorum jure quoad omnes articulos receſſiſſe. Quippe ubi de jure canonico litigant, confugiunt ad pacem, quæ *religioſa* vulgo dicitur, aut ad Imperii receſſus, qui eam ſtabiliunt, vel ad pacis Weſtphaliæ inſtrumentum in iis momentis, quæ de rebus Eccleſiaſticis agunt. Quid de Concordatis Germanicis ſentiant Proteſtantes, referunt Schilterus in calce *inſtitut. juris canon.* Linkius in *diſſert. de Concordat. nat. German.* Bohemerus in *jure eccleſiaſtico Proteſtantium*, *tom. 1. l. 1. tit. 3. de Conſtitutionibus*, *p. 146. &c.* & *litteræ interceſſionales* ad Leopoldum Cæſarem directæ an. 1703. apud Fabrum, tom. 9. p. 774.

INDEX

Digitized by Google

I N D E X

R E R U M N O T A B I L I U M

Quæ tam in Jure Eccleſiaſtico Univerſo, quam in aliis omnibus ZEGERI BERNARDI VAN-ESPEN Operibus ſive Tractatibus occurrunt.

Romani Numeri Tomos indicant: Arabici vero priores paginas, ſequentes cujuſque paginæ columnas, cæteri denique paragraphorum numerum deſignant.

A

ABALIENATIO.

VIde, *Alienatio*.

ABBA.

Abba, vox hebraica, quid ſignificet? I. *pag.* 555. *col.* 2. *num.* 3.

ABBAS.

Abbas nomen eſt generale, quo Capita Congregationum Monachorum & Canonicorum appellabantur. I. 555. *col.* 1. *num.* 1. & *ſeqq.* In aliquibus Eccleſiis ſecularium Canonicorum nomen Abbatis manſit. *ibid. n.* 2. Quid proprie ſignificet? *ibid. n.* 4. Quâ ratione nomen illud congruat Monaſteriorum Præfectis? *ibid.* Olim aliquando vocabatur Major. *ibid. col.* 2. *n.* 6. Item Prælatus, item Præſul, ſed aliâ ratione quam hodie. *ibid. n.* 7. & 8. & 556. *n.* 9. Item Prior. *ibid. n.* 10. Olim qui dicebantur & erant Abbates, etiam vocabantur Priores. *ibid.* Hodie in quibuſdam Religionibus, Monaſteriorum, atque Congregationum primi Præfecti dicuntur *Abbates*, *Prælati*, &c. in aliis vero vocantur *Priores*, *Guardiani*, *Rectores*, &c. *ibid. n.* 11. Cur recentiora Inſtituta nomen Abbatis rejecerint? *ibid. num.* 12.

Abbates olim uni tantum Monaſterio præfecti, & ſoli Epiſcopo erant ſubjecti. I. 557. *col.* 2. *n.* 18. Seculo decimo cœperunt Abbates Generales. *ibid. n.* 19. Quid Pater Abbas, & quæ ejus auctoritas? *ibid. col.* 2. *n.* 20.

Abbates alii perpetui, alii triennales, & quæ differentia inter ipſos? I. 557. *col.* 1. *n.* 17. Olim omnes erant perpetui. I. 556. *col.* 2. *n.* 15. & 16. Quare non item poſterioribus ſeculis? *ibid.*

Abbates habent curam animarum. I. 562. *col.* 1. *n.* 1. & *ſeq.* Qualitates in iis requiſitæ. *ibid.* & *ſeqq.* Simulque eorum officia & poteſtas. *ibid.* Quânam doctrinâ debeant eſſe inſtructi? *ibid. col.* 2. *n.* 5. & 6. Quâ vigilantiâ? I. 563. *col.* 1. & 2. *n.* 8. & *ſeqq.* Quâ prudentiâ in corrigendis ſubditis? I. 564. *col.* 1. *n.* 11. Quænam in correctione attendenda? I. 565. *col.* 1. *n.* 19. Multa mala timenda, ſi ſuâ auctoritate abutantur. *ibid.*

Abbatum auctoritas & regimen eſt Monarchicum ex inſtitutione. I. 568. *col.* 2. *n.* 1. Sed ex pleriſque Conſtitutionibus Ariſtocratico temperatum. I. 572. *col.* 1. *n.* 24. Poteſtas eorum quantam prudentiam & ſollicitudinem requirat? I. 563. *col.* 1. & 2. *n.* 8. & *ſeqq.*

Abbati opus eſt conſilio. *Tom.* I. 568. *col.* 2. *n.* 2. Conſiliarios ab Abbate adhiberi vult

S. Benedictus. I. 569. *col.* 1. *n.* 3. Quomodo conſilium Fratrum Abbas excipere debeat? I. 571. *col.* 1. *n.* 17. & *ſeqq.* Tenetur Abbas in omnibus ſequi Regulam. *ibid. col.* 2. *n.* 21. In cauſis levioribus debet in conſilium Seniores adhibere. *ibid. n.* 22. Qui nomine Seniorum intelligantur? *ibid. n.* 23. In rebus arduis tenentur Congregationem audire. I. 569. *col.* 1. *n.* 4. & 5. Abbatis eſt, negotium Congregationi proponere; & quomodo proponendum? I. 570. *col.* 2. *n.* 15. & 16. Vide, *Capitulum clauſtrale.*

Abbati cura temporalium primario incumbit. I. 573. *col.* 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Solus res Monaſterii alienare non poteſt, etiamſi menſæ ſuæ ſint annexæ. I. 575. *col.* 1. *n.* 7. Utens rebus Monaſterii uti propriis, cenſetur fur & proprietarius. I. 574. *col.* 2. *n.* 6. In eorum adminiſtratione quæ cavenda? I. 575. *col.* 2. *n.* 11. & *ſeqq.* & 576. *col.* 2. *n.* 18.

Abbates a quo tempore, & quo jure Pontificalibus utantur. I. 577. *col.* 2. *n.* 1. & 578. *col.* 1. *n.* 2. & 579. *col.* 2. *n.* 4. Primitus non omnia, ſed minora duntaxat, illis fuerunt indulta. I. 578. *col.* 1. *n.* 1. Querela Sancti Bernardi de Abbatibus, qui multo pretio ſibi Pontificalia impetrarunt. *ibid. col.* 2. *n.* 2. Verus in hiſce impetrandis Monachorum ſcopus, ſuperbia. *ibid.* Uſus Pontificalium olim interdictus Abbatibus quorumdam Ordinum. *ibid. n.* 3. Quidam Abbates hunc uſum, etiam ultro oblatum vel indultum, modeſtiæ cauſâ recuſarunt. I. 579. *col.* 2. *n.* 3. Uſus Pontificalium competit Abbatibus jure privilegiario, non autem ratione Dignitatis. *ibid.* 579. *col.* 2. *n.* 4. Inde provenit, ut non omnes Abbates eadem habeant inſignia. I. 580. *col.* 1. *n.* 5. Uſus Baculi ſive Pedi, jam pridem Abbatibus competebat. *ibid. n.* 6. Quid ſignificet ſudarium baculo ejus appenſum? *ibid. n.* 7. Uſus Pontificalium metiendus ex privilegii tenore. I. 583. *col.* 2. *n.* 29. Ad Synodum comparentes quibus Mitris utantur? *ibid. n.* 28. Quandonam Mitræ apud Abbates invaluerint? I. 578. *col.* 1. *n.* 2. & VIII. 517. *col.* 2.

Abbates non contenti Pontificalibus, etiam Benedictionem ſolemnem impertiendi auctoritatem impetrarunt. I. 580. *col.* 2. *n.* 8. & 9. Sicut & poteſtatem Minores Ordines conferendi. *ibid. n.* 10. Quæ poteſtas jam pridem Abbatibus competiit. *ibid. n.* 11. Unde invaluerit, Monaſterii Præfectum non poſſe conferre Minores Ordines, niſi ſit Abbas ſolemniter benedictus? I. 581. *col.* 1. & 2. *n.* 16. & *Tom.* VIII. 89. *col.* 2. Quid circa hanc rem mutationi diſciplinæ occaſionem dederit? I. 581. *col.* 2. *n.* 17. Abbates Tonſuram & Minores Ordines non ſubdito conferre non poſſunt quocumque caſu. I. 582. *col.* 1. *n.* 20. Paulatim poteſtatem ſuam extenderunt. I. 581. *col.* 2. *n.* 19. Hæc poteſtas Decreto Concilii Tridentini reſtringitur. I. 582. *col.* 1. *n.* 20. Juxta hoc Decretum Abbas non poteſt Tonſuram Monachis alterius Monaſterii conferre etiam de conſenſu Abbatis, nec Secularibus habentibus Dimiſſoriales ſui Epiſcopi. *ibid. n.* 21. Abbates juriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, ſive *nullius* Diœceſis, comprehenduntur Decreto Concilii Tridentini. *ibid. col.* 2. *n.* 23. Qui cenſeantur Abbates *nullius* Diœceſis? *ibid.* & *n.* 24. Abbates non poſſunt citra ſpeciale privilegium ſolemniter benedicere populo, niſi in Eccleſiis ſibi pleno jure ſubjectis. I. 583. *col.* 1. *n.* 25. neque alia Pontificalia extra dictas Eccleſias exercere. *ibid. n.* 26. Præſente Epiſcopo, Abbas ſolemniter benedicere non poteſt; & quare? *ibid. col.* 2. *n.* 27. Abbates Pontificalibus cum humilitate uti debent. I. 584. *col.* 1. *n.* 30. Faſtus quorumdam Abbatum ad Capitula convenientium. VIII. 410. *col.* 1.

Abbatum Benedictio a quo tempore invaluit. I. 581. *col.* 1. *n.* 13. & 605. *col.* 2. *n.* 11. & 12. & 606. *col.* 1. *n.* 13. & *ſeqq.* Solemnis benedictionis Abbatialis nulla in Regulis monaſticis mentio. *ibid.* 605. *col.* 2. *n.* 11. Veriſimiliter una cum Pontificalium uſu invaluit. *ibid. n.* 12. Benedictio ſolemnis non facit Abbatem. *ibid.* 606. *col.* 1. *n.* 13. Etiam ſine illa benedictione poteſt eſſe verus Abbas. *ibid.* A quo impertienda: ejus titus & effectus. *ibid. n.* 16. & *ſeqq.*

Abbates olim non erant Presbyteri, ſed modo ad Sacerdotium promoveri tenentur. I. 607. *col.* 1. *n.* 1. & *ſeqq.* Requiritur ætas 25. annorum, a qua in Gallia receſſum per Concordata. I. 608. *col.* 2. *n.* 11. & 12. Quâ ratione in Gallia Abbates compellantur ad ſuſcipiendum Presbyteratum. I. 609. *col.* 1. *n.* 13. Olim diſtinctio Abbates inter & Priores Conventuales,alioſve ſimiles Monaſteriorum Præfectos, nota non erat. I. 581. *col.* 1. *n.* 13.

Abbatiæ Belgii cum ſuis taxis annotatæ in libro Cameræ Apoſtolicæ. I. 605. *col.* 2. *n.* 9. forent conſiſtoriales, ſi Romæ peteretur earum proviſio. *ibid.*

Abbatialis menſæ diſtinctio a Conventuali locum dedit Commendis. I. 594. *col.* 1. & *ſeq. n.* 49. & *ſeqq.* & 595. & 596. & *ſeqq.* Item nominationi Regiæ: Convenit illam abolere. I. 602. *col.* 1. *n.* 22.

Ab-

Abbas quomodo eligendus? I. 599. *col.* 1. *n.* 1. A quo? VIII. *pag.* 194. *col.* 2. Olim quibuſdam in locis electio Abbatis ſpectabat ad Epiſcopum. *ibid.* Multis in locis Monachorum Congregationi relinquebatur. VIII. 195. *col.* 1. Canones circa electionem Abbatis diverſa ſtatuentes facile conciliantur diſtinctione locorum & temporum. *ibid. col.* 1. & 2.

Abbatibus juxta modernam diſciplinam prima Monachorum correctio competit. I. 616. *col.* 2. *n.* 3. Abbatibus negligentibus, ſpectat ad Epiſcopos, ita & Reformatio Regularium. *ibid.*

Vide, *Capitulum clauſtrale*, *Confirmatio*, *Electio*, *Nominatio Regia*, *Superior regularis*, *Reformatio*.

ABBAS COMMENDATARIUS.

Abbatum Commendatariorum recens eſt exordium. I. 557. *col.* 2. *n.* 21. Quid Commendis locum dederit? I. 594. *col.* 1. & *ſeqq.* *n.* 49. & *ſeqq.* 595. & 596. & *ſeqq.*

Abbates Commendatarii olim vocati Abbicomites. I. 586. *col.* 2. *n.* 9. Hi Abbates conſtituebant *Decanos*, qui hodie *Priores* dicuntur, quibuſque incumbit cura ſpiritualium. *ibid.* *n.* 10. Quanta ex hac Abbatum Laicorum uſurpatione ruina Monaſteriis tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus? *ibid.* *n.* 11. Antitheſis inter priſtinos & hodiernos Commendatarios. I. 591. *col.* 2. *n.* 37. & 592. *col.* 1. *n.* 38. Eorum poteſtas & prærogativæ. *ibid.* *n.* 29. & *ſeqq.* Commendatarius factus Religioſus non poteſt ſine nova collatione Beneficium retinere. I. 592. *col.* 2. *n.* 43. An juriſdictionem habeat in diſciplinam Monaſticam, in Priores & Officiales clauſtrales? I. 593. *col.* 1. *n.* 44. & *ſeq.* In Galliis omni Juriſdictione in Monachos excidit. *ibid.* *n.* 45. & *in nota*. I. 734. *col.* 1. Non habet auctoritatem reformandi diſciplinam Regularem. I. 616. *col.* 2. *n.* 5. Quem locum habeant inter Abbates Titulares, & alios in dignitate conſtitutos? I. 594. *col.* 2. *n.* 50. Tenentur vitam aliquatenus Regulari conformare. *ibid.* *n.* 51. Eorum obligationes ubinam fuſius expoſitæ? I. 593. *in nota*. Privilegia eligendi Abbatem præcipue olim petebantur ad excludendos Abbates Commendatarios & ſeculares. IV. 442. *col.* 1. *n.* 33. & 448. *col.* 2. *n.* 24.

Vide, *Commendæ*.

ABBATISSA.

Abbatiſſa nomen Præfectæ Monialium. I. 556. *col.* 1. & 2. *n.* 13. & 14. Recentiora Inſtituta quare nomen illud rejecerint? *ibid.* *n.* 14. Sorores converſæ in Ordine S. Franciſci manutentæ in electione Abbatiſſæ. I. 570. *col.* 2. *n.* 14. Quæ forma ſervanda in electione Abbatiſſæ? I. 599. *col.* 2. *n.* 6. Ex Conſtitutione Gregorii XIII. quæ incipit, *Expoſcit*, Abbatiſſæ non niſi ad triennium eligi poſſunt. I. 557. *col.* 1. *n.* 17. Paſſim eliguntur perpetuæ. *ibid.* Quare Abbatiſſa, *Mater ſpiritualis* dicatur? I. 556. *col.* 1. & 2. *n.* 13. Solemniter benedicitur. I. 606. *col.* 2. *n.* 20. Habet regimen in ſpiritualibus & temporalibus. *ibid.* Unde nonnullæ Abbatiſſæ fruantur Privilegio nominandi Presbyteros, qui poſſint in eorum Monaſteriis confeſſiones excipere, & Dei verbum annuntiare. IX. 26. *in nota*. Quæ ætas requiratur in Abbatiſſa & in Prioriſſa jure communi? I. 609. *col.* 1. *n.* 14. Unde profluxiſſe videatur, quod ætas 40. annorum hodie requiratur in eligenda in Abbatiſſam? *ibid.* *n.* 15. & VII. 196. *col.* 2. *Quel eſt ſur cela l'uſage de France*. I. 735. *col.* 2. Quandonam ex alio Monaſterio eligi poſſit vel debeat? I. 609. *col.* 2. *n.* 17.

Abbatiſſæ etiam habent collegia Canoniſſarum, earum obligatio. I. 650. *col.* 2. *n.* 23. & *ſeqq.* & 651. *col.* 1. & 2. *n.* 26. & 27. & præeminentia. I. 651. *col.* 2. *n.* 31. earum èxemptio. I. 652. *col.* 1. *n.* 32.

Vide, *Electio*, *Nominatio Regia*.

ABBREVIATORES ET ABBREVIATURA

Abbreviaturæ quâ formâ expediantur? I. 407. *col.* 1. & 2. *n.* 10. & *ſeqq.* Quid ſint & unde dicantur? *ibid.* Quomodo ex eis fiant Bullæ? *ibid.* *n.* 14.

Abbreviatores; ſic dicuntur Præſidentes *de majori Parco* & *de minori Parco*. I. 407. *col.* 2. *n.* 12. & 13. quodnam ſit eorum officium? *ibid.*

Vide *Parcus*.

ABDICATIO.

Abdicatio proprii eſt eſſentialis Monaſticæ Profeſſioni. I. 500. *col.* 2. *n.* 1. & 2. Quam rerum abdicationem conſilium Evangelicum exigat? I. 501. *col.* 1. *n.* 4. Quid ait Caſſianus in Regula circa abdicationem. *ibid.* *n.* 5. Quid Sanctus Benedictus. *ibid.* Nil proprii Religioſus etiam vel minimi ſibi vendicare poteſt. *ibid.* *n.* 6. Quid Sanctus Iſidorus in ſua Regula. *ibid.* *col.* 2. *n.* 6. Abſoluta rerum omnium abdicatio præcipuum SS. Auguſtini, Benedicti, aliorumque Patrum Regularum fundamentum. V. 2. *col.* 1. & 2. §. 2. & *pag.* 3. *col.* 1.

Abdicatio proprietatis adeo annexa eſt Regulæ Monachali, ut contra eam nec ſummus Pontifex poſſit licentiam indulgere. V. 34. *col.* 2. §. 4. *n.* 1.

Abdicationis Epiſcopatus exempla. VI. 569.

Digitized by Google

col. 2. §. 7. *n.* 1. & 570. & 571. *col.* 1. & 2. & *Tom.* VII. 280. *col.* 2. & 314. *col.* 1. & 2. & *ibid.* 429. *col.* 2. Nova diſciplina erga volentes abdicare, ſive cedere Epiſcopatibus. VIII. 393. *col.* 2.

ABJURATIO.

Abjuratione factâ ab hæreticis ad Eccleſiam revertenribus, quid præterea ab eis requirendum? VI. 535. *col.* 1. & 2. Varii titus Græcorum in recipiendis hæreticis, abjuratione factâ. VII. 419. *col.* 1. & 2. Ritus Eccleſiæ Latinæ. *ibid.* 420. *col.* 2. & 421. *col.* 1.

ABORTUS.

Abortum procurare, quale quantumque ſit crimen? VI. 466. *col.* 1. & 2. & 467. *col.* 1. & 2. Quibus pœnis Canonicis fuerit ſubjectum? VII. 414. *col.* 1. & 2.

ABSENTIA.

Abſentia excuſatur a reſidentia variis de cauſis, quæ exponuntur. I. 91. *col.* 2. *n.* 1. 92. 93. & 94. *col.* 1. & 2. *n.* 2. *uſq. ad* 16. multis tamen cum conditionibus & reſtrictionibus. *ibid.* Quandonam Canonici, aut alii Clerici ſtudentes in Academiis publicis gaudeant fructibus Beneficiorum in abſentia? V. 357. *col.* 1. & 2. §. 4. & 358. *col.* 1.

Abſentes ſtudiorum causâ gaudent fructibus in abſentia. I. 92. *col.* 2. *n.* 5. Quo collimet hoc ſtudentium privilegium? I. 93. *col.* 2. *n.* 8. Capitulum poſſetne petere fructus a Clericis ſtudiorum causâ abſentibus, ſi poſtea nolint eſſe profeſſione Eccleſiaſtici? *ibid.* ſic judicatum in Parlamento Toloſano. *ibid.* An, ut quis ſtudiorum causâ abſens fructus percipiat, hodie requiratur conſenſus Epiſcopi? I. 92. *col.* 2. *n.* 6. Abſentes tenentur incumbere ſtudio Theologiæ vel Canonum. I. 93. *col.* 1. *n.* 7. Item tenentur tranſmittere teſtimoniales ſtudii, & quid hæ continere debeant? *ibid.* *n.* 8. Non temere hæ concedendæ. *ibid.* Circa abſentiam varia Privilegia Univerſitatibus indulta. I. 93. *col.* 1. *n.* 6. & *ſeqq.* Ad quæ beneficia hæc Privilegia reſtringantur? *ibid. col.* 2. *n.* 10. Clerici in Academiis verſantes tenentur obſervare ſtatuta de vita & honeſtate Clericorum. I. 94. *col.* 1. *n.* 11. & *ſeqq.* Quinam in abſentia diſtributiones percipere poſſint? V. 358. *col.* 2. §. 5. & 359. *col.* 1. & 2. & 360. *col.* 1. Familiares & Domeſtici Regis gaudent fructibus in abſentia. I. 94. *col.* 1. *n.* 12. Sub iis comprehenduntur Conſiliarii Eccleſiaſtici in Parlamentis, aliiſque Senatibus Regiis. *ibid.* *n.* 13. Limitationes & variæ reſtrictiones hujus Privilegii. *ibid.* Circa hoc ſimiliaque Privilegia quid notandum? *ibid. col.* 2. *n.* 15. Tantum hæc ſe extendunt ad groſſos fructus. I. 95. *col.* 1. *n.* 16. Theologus gaudet fructibus in abſentia, & iis horis, quibus docet, diſtributiones in abſenria lucratur. I. 132. *col.* 1. *n.* 11. Quandoque Canonici legentes aut docentes in ſcholis Academicis juſte fructus in abſentia percipere poſſunt. V. 356. *col.* 1. & 2. §. 3. Quidnam requiratur, ut in perceptione fructuum in abſentia titulo docentium ſecuri eſſe poſſint? *ibid. col.* 2.

Vide, *Diſtributiones*, *Studium*, *Reſidentia*.

Abeſſe Epiſcopis permittitur per tres hebdomadas ob cauſam legitimam. *Tom.* VII. 141. *col.* 2. Ultra tres hebdomadas abeſſe poterant Epiſcopi e ſuis ſedibus injuſte ejecti. VII. 145. *col.* 1. Olim non licebat Presbyteris & Diaconis abeſſe a ſuis Eccleſiis ultra tres hebdomadas. VII. 144. *col.* 2.

Abſentiæ cauſas nonnullas probat Synodus Tridentina. I. 245. *col.* 2. *n.* 3. Interdum Epiſcopus plus poteſt prodeſſe abſens quam præſens. *ibid. col.* 2. *n.* 1. Bonum univerſalis Eccleſiæ interdum abſentiam requirit. *ibid.* *n.* 2. Quinam de abſentiæ cauſa cognoſcere debeant? I. 246. *col.* 1. *n.* 4.

Abſentiæ indulgentia eſt quædam ſpecies diſpenſationis. I. 246. *col.* 1. *n.* 5. Quid præcipue expendendum ab iis, qui cauſis abſentiæ examinandis præſunt? *ibid.* *n.* 6. Notandum hac de re Concilium Toletanum. *ibid.* *n.* 7. Bonum Eccleſiæ univerſalis non eſt legitima abſentiæ cauſa, ſi illud per alium procurari poſſit. *ibid. col.* 2. *n.* 8.

Abſentiam duorum vel trium menſium per annum Synodus Tridentina permittit Epiſcopis. I. 247. *col.* 2. *n.* 11. Quando & quomodo hâc licentiâ uti poſſit Epiſcopus? I. 248. *col.* 1. *n.* 11. Cavendum ne in ſolemnioribus feſtis ab Eccleſia ſua abſit. *ibid.* *n.* 12. Quando corporaliter abeſſe cogitur Epiſcopus, curam tamen gregis ſui negligere non poteſt. *ibid.* *n.* 13. Quandonam ob imminentem perſecutionem Epiſcopi Eccleſiam ſuam deſerere poſſint? *ibid.* *n.* 14. Si commune ſit periculum, nequaquam ſugere poteſt Epiſcopus. *ibid. col.* 2. *n.* 14. Plures ſpiritualiter ſugiunt, etſi corporaliter adſint. *ibid.* *n.* 15. Hæc ſpiritualis ſuga, frequenter non minus pernicioſa, quam corporalis. I. 249. *col.* 1. *n.* 16.

Vide *Reſidentia*.

Abſentis mariti morte non probatâ, uxor ſecundas nuptias contrahere non poteſt. II. 458. *col.* 1. *n.* 5. & *Tom.* VII. 415. *col.* 1. & 2. & 416. *col.* 1. & 2.

ABSIS.

Abſis, quid videatur fuiſſe? VII. 233. *col.* 1. Quis ſenſus horum verborum *Canonis Africani :* Qui publice peccarunt, *ante abſidem* reconciliandi? *ibid.*

ABSOLUTIO.

Abſolutio Sacramentalis pœnitentibus non conſerebatur niſi in exitu ſubſtrationis. II. 158. *col.* 2. *n.* 30. & 159. & *ſeqq.* Huic praxi ſuæ tamen fuerunt exceptiones, & quæ? II. 164. *col.* 1. *n.* 6. Olim Epiſcopis publice Pœnitentium ſacramentalis & plena reconciliatio fuit reſervata. *ibid. n.* 7.

Abſolutio pluribus ſeculis facta a Sacerdote alieno ſine licentia proprii, habita fuit ut nulla & invalida. II. 172. *col.* 1. *n.* 8. A variis criminibus nec in fine vitæ conceſſa. II. 326. *col.* 1. *n.* 1. & VII. 122. *col.* 2. Unde Sacerdotes ſtatuere debeant de dilatione aut acceleratione abſolutionis? VI. 468. *col.* 2. Exemplum præproperæ abſolutionis. *ibid.* Quid optandum, ut conſulerent Presbyteri in abſolutionibus impertiendis nimium faciles? VII. 466. *col.* 1. & 2. Non obſtante abſolutione, variis denegatur ſepultura Eccleſiaſtica. III. 726. *col.* 1. *n.* 23. & *ſeqq.*

Abſolutio a Cenſuris, quæ in Bullis Pontificiis continetur, quid operetur? III. 171. *col.* 1. & 2. *n.* 1. 2. & 3. & 172. *col.* 1. & 2. *n.* 4. & *ſeqq.* & *Tom.* IV. 430. *col.* 1. *n.* 15. & *Tom.* IX. 100. *col.* 2. Clauſula hujus abſolutionis recentioris ſtyli eſt. III. 171. *col.* 2. *n.* 2. & IX. 101. *col.* 1.

Abſolutionis verbum non ſumebatur primitus pro relaxatione a Cenſuris. IX. 96. *col.* 2. §. 1. Unde & ex quo hoc nomen ſortita ſit? *ibid.* 97. *col.* 1. Unde inducta fuerit diſtinctio Abſolutionis a Cenſuris quoad forum externum, & Abſolutionis quoad forum internum ſive pœnitentiæ duntaxat? *ibid. col.* 2. §. 2. Utriuſque Abſolutionis effectus. *ibid.* Quandonam præcipue obtineat hæc diſtinctio? IX. 98. *col.* 1.

Abſolutionem a Cenſuris quis impertiri poſſit? IV. 428. *col.* 1. *n.* 1. & IX. 102. *col.* 1. & 2. §. 4. Olim ab Epiſcopo Cenſuram tollere recuſante recurri debebat ad Synodum Provincialem. IV. 428. *col.* 1. *n.* 3. Hæc diſciplina expreſſa Canone Concilii Nicæni. *ibid. n.* 4. Cenſura ab Epiſcopo inflicta vim ſuam retinebat quouſque per Synodum judicatum erat eam tollendam. *ibid. col.* 2. *n.* 5. Cenſura *latæ* Sententiæ tolli poteſt per proprium Epiſcopum, aut proprium Sacerdotem; & quis nomine proprii Epiſcopi intelligatur? IV. 429. *col.* 2. *n.* 11. Unde invaluerit, ut Laici excommunicati intra annum abſolutionem petere debeant? VII. 271. *col.* 1. Unde Vicarius Epiſcopi judiciali Tribunali præpoſitus, ſoli ſibi abſolutionem a Cenſuris attribuerit? IX. 24. *col.* 1. Excommunicatio poſt legitime interpoſitam appellationem inflicta, abſolutionem non requirit. IX. 39. *col.* 2. & 40. *col.* 1. & 2. Cenſurâ injuſtâ ſe non abſolvi deſiderare debet, quâ ſe nullatenus perſpicit obligatum. IX. 576. *col.* 2. In Belgio & in Gallia ſub beneficio Sententiæ Regiæ licet ſui Ordinis aut Beneficii functiones ſpirituales continuare, ſine prævia Judicis vel Superioris Eccleſiaſtici abſolutione. IX. 580. *col.* 2. & 581. *col.* 1. & 2. & 582. *col.* 1.

Abſolutio ad cautelam ſive cum reincidentia, multis ſeculis ignota fuit. IV. 430. *col.* 1. *n.* 16. & IX. 99. *col.* 1. & 2. §. 3. Quænam abſolutio ab Excommunicatione, dicatur *ad cautelam* data? VIII. 513. *col.* 1. Quid circa talem abſolutionem in *Sexto? ibid.* Quandonam demum hæc abſolutionis ſpecies invaluerit? IX. 99. *col.* 1. Unde abſolutio *ad cautelam* ſic dicta fuerit? *ibid. col.* 2. Nullitatis cauſa in univerſum *aliquo modo* probanda, priuſquam detur hæc abſolutio. *ibid. col.* 2. Forma, quam in danda hac abſolutione Judices ſervare debent, quoad forum externum. IX. 100. *col.* 1. ejuſdem abſolutionis forma quoad forum internum. *ibid. col.* 2. Quid operetur abſolutio, quæ a Confeſſario præmittitur Abſolutioni Sacramentali? *ibid.* & IV. 431. *col.* 1. *n.* 22. In Laicis Gallorum Tribunalibus *abſolutio ad cautelam* non admittitur, niſi uno caſu, & quid tunc obſervari debeat? IX. 101. *in nota*. Abſolutio *cum reincidentia* vel *ad reincidendum*, quænam dicatur proprie, ad diſtinctionem Abſolutionis *ad cautelam*? *ibid. col.* 1. & 2. Quando & quomodo concedatur hæc Abſolutio? *ibid. col.* 2.

Abſolutio a Cenſuris reſervatis Pontifici Romæ impetranda, & quâ formâ ibidem expediatur. IV. 431. *col.* 1. *n.* 23. & IX. 104. *col.* 1. & 2. & 105. *col.* 1. & 2. Quid de Cenſuris Epiſcopo reſervatis? IV. 430. *col.* 2. *n.* 20. An Judices Regii cogere poſſint Judices Eccleſiaſticos ad Cenſuras tollendas? IV. 431. *col.* 1. & 2. *n.* 25. Hac de re Sancti Ludovici Reſponſum. IX. 546. *col.* 2. §. 10. *Quelques particularités du Droit François touchant l'abſolution des Cenſures*. IV. 529. *col.* 2. & 530. *col.* 1.

Vide, *Cenſura*, *Excommunicatio*, *Pœnitentia*, *Reconciliatio*.

Abſolutio Rei, cognitâ ejus innocentiâ, nullo prætextu differenda. IV. 288. *col.* 1. *n.* 12. Edicta Belgica redarguunt errorem eorum, qui putant abſolutiones Reorum officere honori Juſtitiæ. *ibid. col.* 1. & 2.

Abſolutio, quæ in Nocturno Officio dicitur ante Lectiones, unde ſit deſumpta; & quid ſignificet? IV. 416. *col.* 2. §. 8.

ABUSUS.

Abuſus nobilium perſonarum, ac potentiorum deferendi Eccleſias Parochiales. II. 131. *col.* 1. *n.* 8. Labentibus ſeculis multum crevit, & unde. *ibid. n.* 9. altaria portatilia hunc abuſum propagavit. *ibid. col.* 2. *n.* 10. abuſus celebrandi in oratoriis privatis jam pridem reprobatus. *ibid.* 132. *col.* 2. *n.* 15. ad Epiſcoporum culpam, ſi abuſus & corruptelæ irrepunt obtentu conſuetudinis in miſſarum celebratione, pertinere. *ibid.* & quæ ipſis Tridentina Synodus injunxit. *ibid.* & *ſeqq.*

Abuſus, quia jam inoluerunt, non ideo permittendi. II. 140. *col.* 2. *n.* 36. Quam pernicioſum ſit argumentum, quod a tolerantia aut facto Prædeceſſorum petitur. *ibid.* Penes Epiſcopos eſt ſumma auctoritas abuſus in Miſſarum celebratione occurrentes tollendi. *ibid. n.* 27. & 141. *col.* 1. & 2.

Abuſuum inundantiæ an cedendum, nec liceat contra vitiorum torrentem brachia dirigere? V. 133. *col.* 2. §. 3. Quid de hoc barbaro adagio: *Relinquere mundum vadere prout vadit? ibid.* 134. *col.* 1.

Abuſuum plurimorum origo. VI. 269. *col.* 1. Enumeratio quorumdam abuſuum, qui in Eccleſia invaluerunt. *ibid. col.* 2. Eccleſia ad tempus abuſus diſſimulat. VI. 270. *col.* 1. §. 5. Epulæ, ſeu charitatis convivia ſenſim in abuſus degenerarunt. VII. 230. *col.* 2. Auguſtini Epiſtola contra hos abuſus. *ibid.* 231. *col.* 1. Quomodo ad extirpationem abuſuum inolitorum procedendum? *ibid.* & *col.* 2. Quomodo agendum quando abuſus inoleverunt, nec ſine tumultu tolli poſſunt? VII. 274. *col.* 1.

Abuſus eradicandi priuſquam in conſuetudinem tranſeant. VIII. 32. *col.* 2. Nonnunquam quædam de ſe licita propter abuſum vetantur. VIII. 62. *col.* 1.

Abuſus ſacrilegus circa Chriſma. VIII. 397. *col.* 1. & 2.

Abuſus inſtituendi filios Canonicorum, maxime ſpurios in Eccleſiis ſecularibus, ubi ſunt inſtituti Patres eorum. VIII. 395. *col.* 2. contra quem abuſum quæ edita. *ibid.* quæque Synodus Trid. renovavit. *ibid.* Abuſus Curiæ Romanæ ſuper irregularitatis diſpenſatione. *ibid.*

De Appellatione *ab abuſu*. Vide *Appellatio tamquam ab abuſu.*

ACADEMIA.

Academiarum inſtitutio. II. 343. *col.* 2. *n.* 1. Spectat ad ſupremam poteſtatem. *ibid. n.* 2. Synodus Pariſienſis ſeculo IX. erectionem Academiarum poſtulavit. *ibid. n.* 3. Unde vocatæ Univerſitates? II. 344. *col.* 1. *n.* 4. Varia Privilegia & prærogativæ Academiis conceſſa. *ibid. n.* 5. Horum Privilegiorum utilitas & ſcopus. *ibid. n.* 6. Quodnam cenſendum jus Patronatus ipſis competens, an Eccleſiaſticum, an Laicum? III. 190. *col.* 1. *n.* 28. & *ſeqq.* Privilegium conceſſum ſtudentibus in Academiis de perceptione fructuum in abſentia, & ejus ſcopus. I. 92. *col.* 2. *n.* 5. & *ſeq.* & 93. *col.* 1. & 2. *n.* 7. & 8. Quænam ſtudioſi obſervare debeant, ut hoc Privilegio frui poſſint? *ibid.* 94. *col.* 1. & 2. *n.* 11. & *ſeqq.*

Academiarum Moderatoribus quid attendendum circa pompam gentilem Canone Trullano prohibitam circa eos, qui Leges civiles docentur? VII. 399. *col.* 1.

Vide, *Collegia, Exemptio, Univerſitates, Abſentia.*

ACADEMIA LOVANIENSIS.

Academiæ Lovanienſis Privilegium, ut Clericis liceat ſtudere Legibus & Medicinæ. I. 24. *col.* 2. *n.* 9. & 10. Collegia & Fundationes, quibus abundat. II. 344. *col.* 2. *n.* 7. & *ſeqq.* & 345. *col.* 1. & 2. *n.* 10. Diſciplina eorum. *ibid.* Privilegium de non promovendo ad Ordines ſacros, ejus uſus & reſtrictio. III. 37. *col.* 1. & 2. *n.* 23. & *ſeqq.* Privilegium conceſſum Facultati Medicinæ levandi corpora morte punitorum ad exercitium Anatomiæ. III. 725. *col.* 2. *n.* 5.

Academia Lovanienſis Sola in Belgio retinuit Conſervatorem, reliquis omnibus Conſervatoribus decreto Principis exauctoratis. IV. 474. *col.* 1. *n.* 19. & IX. 501. *col.* 1. & 2. præterquam in Academia Lovanienſi ex ſpeciali Principis gratia ad ſupplicationem Univerſitatis. *ibid. col.* 2. Ejus Rector & Conſervator Privilegiorum quouſque cognoſcere poſſint de actionibus realibus? IV. 31. *col.* 1. *n.* 17. Quod jus ei competat in Teſtamentis ſuorum Suppoſitorum? *ibid.* 46. *col.* 1. & 2. *n.* 3. & *ſeqq.* Officium Syndici ejus. *ibid.* 217. *col.* 2. *n.* 32. Item Advocati Fiſcalis. *ibid.* 223. *col.* 1. *n.* 7. Item Promotoris. *ibid.* 225. *col.* 1. *n.* 19. Tribunal habet quinque Judicum appellationum. *ibid.* 318. *col.* 2. *n.* 19. Hujus Tribunalis deſcriptio. *ibid.* 319. *col.* 1. *n.* 19.

ACA-

Digitized by Google

ACATHOLICUS.

Vide, *Hæreſis* aut *Hæreticus*.

ACCEPTIO PERSONARUM.

Acceptio perſonarum quid, & quandonam committatur? III. 409. *col.* 1. *n.* 1. & 3. Committitur in diſtributione Beneficiorum, præcipue attendendo paupertatem Providendi vel ejus Parentum. *ibid. col.* 2. *n.* 7. & *ſeqq.* & 410. 411. & 412. *col.* 1. & 2. Merito taxantur mandata in forma pauperum. *ibid.* 410. *col.* 1. *n.* 12. Committitur præferendo conſanguineos; & an ſemper, & quæ in ſimili collatione attendenda & cavenda? *ibid. col.* 2. *n.* 14. & *ſeqq.* & 411. *col.* 1. & 2. *n.* 19. & *ſeqq.* & V. 491. *col.* 1. & 2. §. 6. & 492. *col.* 1. & 2. Quid in diſtributione Beneficiorum unice attendi debeat? III. 409. *col.* 2. *n.* 9. Conditio non ſpectans ad hanc cauſam, tametſi de ſe bona, nequaquam attendenda. *ibid. n.* 10. Quare hodie ſpecialiter cavenda conſanguineorum promotio? III. 412. *col.* 1. *n.* 22. & 23.

Acceptionis perſonarum vitium ut vitetur, conſerenda ſunt Beneficia dignioribus. I. 171. *col.* 2. *n.* 3. & 172. *col.* 1. & III. 412. *col.* 2. *n.* 2. & 413. *col.* 1. *n.* 3. Idem procedit in Patronis, Reſignantibus & Permutantibus. *ibid. n.* 4. & 5. Non excuſantur Reſignantes in electione minus digni ob conſenſum Superioris. *ibid. col.* 2. *n.* 6. Interdum Superiores reſignationem factam minus digno impedire nequeunt. *ibid. n.* 7. Utrumque Jus electionem & præſentationem minus digni habet validam, licet peccetur contra juſtitiam diſtributivam, & quare? *ibid. n.* 8. Præſentatio digni, omiſſo digniore, eſt valida: nec inſtitutio negari eo titulo poteſt. III. 114. *col.* 1. *n.* 11. Inſtituens minus dignum, omiſſo digniore, non ſemper peccat. *ibid. col.* 2. *n.* 13. Quomodo Synodus Tridentina velit inſtitui Præſentatum, modo ſit idoneus? *ibid. n.* 14. Unde pro tempore & circumſtantiis major vel minor dignitas perſonæ deſumenda? III. 415. *col.* 1. *n.* 1. & *ſeqq.*

Acceptio perſonarum non committitur prætereundo digniſſimum, ut minus dignus excludatur. III. 416. *col.* 1. *n.* 6. & 7. Aliquando digniſſimus etiam irrito conatu eligendus. *ibid. col.* 2. *n.* 8. Vitium acceptionis perſonarum non evaditur, quia præfertur dignior inter ſollicitantes. *ibid. n.* 11. An ſine violatione juſtitiæ diſtributivæ Beneficio Eccleſiaſtico præfici poſſit minus dignus, dum dignior haberi poteſt? V. 488. *col.* 2. §. 3. Etiam Patroni laici non poſſunt citra violationem juſtitiæ diſtributivæ præſentare minus dignum, dum dignior haberi poteſt. *ibid.* 489. *col.* 1. §. 4. Patroni, aliique Beneficiorum Collatores officio ſuo non ſatisfaciunt, eligendo digniorem inter illos, qui ſe præſentant, ſi digniorem non ſe offerentem præſentare poſſint. *ibid. col.* 2. §. 5. & 490. *col.* 1. & 2. An Patroni, aut Collatores poſſint beneficia Eccleſiaſtica ſine acceptione perſonarum conferre ſuis conſanguineis? & quæ præcipue in ſimili collatione veniant attendenda? *ibid.* 491. *col.* 1. §. 6. Unde gravitas vitii acceptionis perſonarum in collatione beneficiorum deſumenda ſit? *ibid.* 493. *col.* 1. §. 7. & 494. *col.* 1.

Acceptio perſonarum quam grave ſit peccatum in Beneficiis, præſertim curatis, & ante omnia in Epiſcopatu. I. 172. *col.* 1. *n.* 3. & 5. & III. 418. *col.* 2. *n.* 2. & *ſeqq.* Determinatio, an ſit peccatum mortale vel veniale, eſt difficilis & periculoſa. III. 418. *col.* 2. *n.* 4. Gravitas hujus peccati ponderanda ex bonis, quæ impediuntur, & malis, quæ cauſantur. *ibid.* 419. *col.* 1. *n.* 5. Synodus Tridentina arguit peccati mortalis, qui minus dignos ad Epiſcopatum promovent. *ibid. col.* 2. *n.* 10. Qui recte æſtimat pretium animarum, non facile in collatione Beneficii, præſertim curati, admittet acceptionem perſonarum. *ibid. n.* 9. Promoventes minus dignum, neglecto digniore, non tantum graviter peccant, ſed etiam ipſi Eccleſiæ tenentur ad reſtitutionem, & quomodo hæc facienda? *ibid. n.* 11. Quid Patronis & Collatoribus agendum, ut adverſus tentationes ſe muniant? *ibid.* 420. *col.* 1. & 2. *n.* 12. & *ſeqq.* Quid ad vitandam perſonarum acceptionem, Patroni & Collatores ante collationem attendere & agere debeant? V. 494. *col.* 2. §. 8. & 495. *col.* 1. & 2.

Acceptio perſonarum quandonam in collatione Beneficiorum committatur; & quæ ſit hujus vitii cum vitio Simoniæ affinitas? V. 486. *col.* 2. §. 1. & 487. *col.* 1. & 2. Quid in collatione Beneficiorum attendendum, ut vitetur acceptionis perſonarum vitium? *ibid. col.* 2. §. 2. & 488. *col.* 1. Beneficiorum Patronis & Collatoribus in præſentatione aut electione unice attendendum eſt Eccleſiæ bonum, non acceptio perſonarum. *ibid.* 495. *col.* 2. §. 9.

ACCIDENTIA ſeu ACCIDENTALES OBLATIONES.

Accidentia etiam ex Synodorum Decretis in Portionem congruam imputanda. III. 562. *col.* 1. *n.* 12. De quibus Accidentibus loquantur Synodi? *ibid. n.* 13. & 565. *col.* 1. *n.* 36. Quæ non imputanda, & quot ex eorum imputatione

Digitized by Google

tione ſequerentur mala ? *ibid.* *n.* 14. & *col.* 2. & 563. *col.* 1. & 2. *uſque ad n.* 24.

Accidentia ſunt duplicis generis ; alia quæ ex mera plebis liberalitate profluunt , nec exigi poſſunt ; alia quæ jam , quaſi de jure, uſus vel *abuſus* exigi obtinuit. VI. 86. *col.* 2. §. 19. & 87. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. Quæ ſint Accidentia non omnino incerta ? III. 565. *col.* 1. *n.* 34. Hæc Accidentia ad certam ſummam redigi poſſunt . *ibid.* *n.* 35. Major ratio , ut in civitatibus quam in pagis hæc in portionem computentur. *ibid.* *n.* 37. Videtur duntaxat a Synodis ob temporum duritiem horum accidentium imputatio tolerari . *ibid.* *col.* 2. *n.* 38. Non debent hæc Accidentia in Portionem congruam cum nimio rigore imputari . *ibid.* *n.* 39.

Vide , *Oblatio* , *Portio congrua*.

ACCUSATIO, ACCUSATOR.

Archiva ſeu *Chartophylacia*, ad quid ordinata? I. 58. *col.* 2. *n.* 7. Decreta Synodorum & Edicta Principum circa diligentem cuſtodiam Archivorum. *ibid.* Quid obſervandum, dum aliqua documenta inde extrahuntur? *ibid.* 59. *col.* 1. *n.* 8. Monumenta Fundationum & Beneficiorum conſervanda in Archivis Epiſcopi vel Capitulorum, quibus ſubſunt. I. 58. *col.* 2. *n.* 7. De cuſtodia Regiſtrorum Parochialium in Archivis. II. 386. *col.* 2. *n.* 21.

Archivi ſeu *Chartophylacii* Patriarchæ Conſtantinopolitani quis cuſtos, & quid in hoc Archivo reconderetur? VII. 467. *col.* 1.

Archivum publicum, ex quo etiam ſcripturæ minus ſolemnes ſunt extractæ, facit plenam fidem illis adhibendam. IV. 269. *col.* 1. & 2. *n.* 41. Archiva publica quænam dicantur? *ibid.* *col.* 2. *n.* 42.

ARIUS ET ARIANA HÆRESIS.

Arius quis fuerit, & a quo ſacros Ordines ſuſceperit? VI. 391. *col.* 1. & 2. Arii ingenium & vafrities. *ibid.* *col.* 2. Diſcordias ſeminat, & incipit hæreſeos venenum evomere. *ibid.* 392. *col.* 1. S. Alexander Alexandrinus Epiſcopus Arium, bonitate haud correctum, a Presbyteri gradu deponit. *ibid.* *col.* 1. §. 2.

Arii dogmata quæ fuerint? VI. 392. *col.* 2. §. 3. Quinam fuerint Arianæ hæreſeos fautores? *ibid.* 393. *col.* 1. Quam cito late graſſata ſit hæc hæreſis? *ibid.* 394. *col.* 1. Zelus S. Alexandri contra Arianos. *ibid.* & *col.* 2. Oſius Cordubenſis a Conſtantino miſſus Alexandriam ad diſſidia componenda, re infectâ, revertitur. *ibid.* 395. *col.* 1. Conſtantinus Imperator Synodum convocat apud Nicæam urbem Bithyniæ. *ibid.* *col.* 2. & 399. *col.* 2. & *ſeqq.* §. 7. In hac Synodo diſceptatum ſuper dogmata Arii; ejuſque errores damnati. *ibid.* 402. *col.* 1. & 2. §. 8. & 403. *col.* 1. & 2. Arii liber prohibitus & igne combuſtus. *ibid.* Ipſe & ejus aſſeclæ anathematizati, & in exilium miſſi. *ibid.* 403. *col.* 2.

Vide, *Concilium Nicænum*.

Ariani unde dicti *Ennomiani* ſive *Anomiani* & *Eudoxiani*? VI. 580. *col.* 2. & 581. *col.* 1.

Vide, *Euſebiani*, *S. Athanaſius*.

ARMA.

Arma Clericorum, fletus, lacrymæ, orationes. VIII. 225. *col.* 1. Etſi ad bonum mali cogi poſſint, nequaquam tamen Clericis licitum eſt eum in finem arma arripere. *ibid.* Poſſunt tamen Clerici alios hortari, ut ad oppreſſorum defenſionem arma arripiant. *ibid.* *col.* 1. & 2.

ARMENI.

Armenos redarguit Synodus Trullana, quod vinum in ſacra menſa tantum offerebant, aquam illi non miſcentes. VII. 357. *col.* 1. & 2. Canon hujus Synodi contra eoſdem Armenos, qui volebant eos ſolos in Clerum aſſumi, qui eſſent ex genere Sacerdotali. *ibid.* 360. *col.* 1. & 2.

ARRESTATIO.

Arreſtatio cadaverum, quæ per limites Parochiæ tranſvehuntur, improbatur. III. 681. *col.* 2. *n.* 9. & 715. *col.* 1. *n.* 56. & *ſeqq.* Unde veriſimiliter mos iſte originem habuerit? *ibid.* *n.* 56.

Digitized by Google

ARRESTUM.

Arreſtum injectum per Judicem ſecularem in penſionem Eccleſiaſticam Clerico debitam, irritum eſt. IV. 50. *col.* 1. *n.* 12. Quid attendendum, ut de Arreſtorum auctoritate ſtatuatur? *ibid. col.* 2. *n.* 13. & *ſeqq.* Quid in Gallia circa bona mobilia Clericorum, vel circa penſionem ipſis debitam obſervatur. *ibid.* 510. *col.* 2.

ARSACIDÆ.

Arſacidæ, homicidarum genus. VIII. 510. *col.* 1. & 2.
Vide, *Aſſaſſini*.

ARTHURUS.

Arthurum inter & Joannem vulgo *Sine-Terra* vocatum, contentio de regno Angliæ. VIII. 455. *col.* 2. Joannes fertur occidiſſe Arthurum. *ibid.* 456. *col.* 1.

ARUSPEX.

Aruſpex ſeu *Auſpex*, quid fuerit? IV. 134. *col.* 2. *n.* 13. Lex Conſtantii contra Aruſpices, & alios Divinatores. *ibid.* 135. *col.* 1. *n.* 17.
Vide, *Sortilegium*.

ASCETÆ.

Aſcetarum & Monachorum nulla eſt differentia. VII. 405. *col.* 2.

ASCETERIÆ.

Aſceteriæ, quænam mulieres ſic dictæ; & quod earum officium? III. 707. *col.* 2. *n.* 10. & 708. *col.* 1.

ASSASSINI.

Aſſaſſini generaliter dicuntur, qui pecuniâ aliâve re pretio æſtimabili acceptâ, *proditorie* Chriſtianos occidunt, aut occidi mandant. VIII. 510. *col.* 1. & 2. Unde dicti *Arſacidæ*? *ibid.* Quinam fuerint olim? *ibid.* Pœna in Aſſaſſinos. *ibid.* Frigida quorumdam Leguleiorum in *Aſſaſſini* voce interpretandâ argutatio. IX. 151. *col.* 1. & 2. *in nota*.

ASSESSOR.

Aſſeſſorum apud Romanos origo, dignitas, privilegia, & ſtipendia. IV. 197. *col.* 2. *n.* 3. Dicti fuerunt Conſiliarii. *ibid. n.* 4. Hodie Aſſeſſores Principum conſtituunt eorum Conſilia & Parlamenta. *ibid.* 198. *col.* 1. *n.* 12. Magiſtratus minores in Brabantia juxta Juriſperitorum judicium pronuntiare teneutur. *ibid.* 198. *col.* 2. *n.* 15.

Aſſeſſorem Judices Apoſtolici, ſi non ſint Graduati in Jure, aſſumere teneutur, ubi requiruntur ab altera Partium, & juxta ejus relationem judicare. IV. 198. *col.* 2. *n.* 16. Abuſus in aſſumendis Aſſeſſoribus Decreto Boniſacii VIII. reprobatus. *ibid.* 199. *col.* 1. *n.* 19. Quis dicatur Aſſeſſor in hoc Boniſacii Decreto? *ibid. n.* 20. Boniſacius vetat aſſumi Aſſeſſorem a Judice, niſi eo indigeat. *ibid. n.* 21. Poteſt tamen aſſumere, modo id fiat ſine gravamine Partis. *ibid. n.* 22. Quandonam Judex cenſeatur fraudulenter aſſumere Aſſeſſorem ex mente Boniſacii? *ibid. n.* 23. Rationes, ob quas Judex poteſt aſſumere Aſſeſorem, vel plures ad onus Partium. *ibid. n.* 24. An Judex indigeat Aſſeſſore, vel non indigeat, Boniſacius relinquit conſcientiæ ipſius Judicis. *ibid.* 200. *col.* 1. *n.* 28. Unde hodie Judices de cauſa aſſumendi Aſſeſſorem nulli niſi Deo rationem reddere debent. *ibid. n.* 29. Poteſt recuſari Aſſeſſor tamquam ſuſpectus. *ibid. col.* 2. *n.* 31. Convenit, ut Judex per ſe examini cauſæ interſit, tametſi Aſſeſſore utatur. *ibid.* 201. *col.* 1. *n.* 37.

Aſſeſſori debetur ſalarium ad onus Partium. IV. 200. *col.* 2. *n.* 32. & 33. Quid hodie obtineat circa ſalaria Aſſeſſoris? *ibid. n.* 34. *Uſages de France au ſujet des Aſſeſſeurs employés dans toutes les Officialités du Royaume*. IV. 516. col. 1. & 2.

ASSESSOR S. OFFICII.

Aſſeſſoris Sancti Officii munus. I. 376. *col.* 1. *ſub n.* 21. Facit relationem Sanctiſſimo reſolutionum ſacræ Congregationis. *ibid. col.* 2. *n.* 26.

ASSUMPTIO BEATÆ VIRGINIS.

Aſſumptionis beatæ Virginis Feſtum quando celebrari cœperit? II. 511. *col.* 2. *n.* 12. Quare olim dictum *Dormitio* ſanctæ Dei Genitricis Mariæ? *ibid. n.* 13.

ASTROLOGUS.

Aſtrologorum, qui dicuntur quoque Mathematici & Genethliaci, damnatur pernicioſa ſuperſtitio. IV. 134. *col.* 2. *n.* 14. *Cap.* V. *Tit.* IV. Vocantur in Canone Trullano *nubium perſecutores*; & quare? VII. 385. *col.* 1. & 2.

ASYLUM.

Aſyli Templorum origo, & a quo hoc jus Aſyli dependeat? VII. 247. *col.* 2. & 248. *col.* 1. & 2. & IX. 110. *col.* 2. §. 4. & *ſeqq.* Aſylum confugientium ad Eccleſias dependet ab arbitrio Principum. *ibid.* 111. *col.* 1. Conſtitutio Theodoſii ſenioris modum & limites huic Aſylo figens contra exceſſus, qui jam tunc invaluerant. *ibid. col.* 2. & 112. *col.* 1. Per

hanc

hanc Conſtitutionem Debitores publici immunitate ſeu Aſylo Eccleſiarum privati. *ibid.* Lex Arcadii & Honorii contra Clericorum facilitatem in recipiendis Judæis criminum reis, & ære alieno perditis, ad Eccleſias confugientibus. *ibid.* 112. *col.* 2. Arcadii Conſtitutio Aſyli Eccleſiarum abrogatoria. *ibid.* & 113. *col.* 1. & 2. Quâ occaſione Theodoſius junior ediderit Conſtitutionem Aſyli extenſivam, & quodnam ſpatium Eccleſiæ adjacens, Aſylo, *interioris Templi vice*, cedere voluerit? *ibid.* 114. *col.* 1. & 2. & 115. *col.* 1. & 2. Ob reverentiam Dei Templis & ſacris aris conſervandam, vetuit conſugas in Templis, aut apud aras ſacras veſcere aut dormire. *ibid.* 115. *col.* 1. Quid de his, qui armati ad Templa confugiunt, & nolunt arma deponere? *ibid. col.* 2. Quid requiratur, priuſquam ex Eccleſiis abſtrahantur? *ibid.* 116. *col.* 1. Altera Theodoſii junioris Conſtitutio de ſervis ad Eccleſias conſugientibus. *ibid. col.* 2. Quouſque Eccleſiarum Aſylo locus ſit reſpectu ſervorum? VIII. 192. *col.* 1. & 2. & IX. 116. *col.* 2. & 117. *col.* 1. & 2. Leonis Imperatoris Conſtitutio Aſyli ſeu immunitatis Eccleſiarum extenſiva, legumque Theodoſii & Arcadii abrogatoria. *ibid.* 117. *col.* 2. & 118. *col.* 1. & 2. Novella Juſtiniani, quâ hic Imperator criminum reos Aſylo Templorum indignos eſſe declarat, videtur omnium criminum reis convenire. *ibid.* 119. *col.* 1. & 2. Alaricus, dum Romam expugnaret, jus Aſyli Eccleſiis conceſſit. IX. 125. *in nota*.

Aſylum Eccleſiarum ab auctoritate Eccleſiaſtica dependere auctoritate Decreti Gratiani credi cœpit. IX. 120. *col.* 1. §. 1. Expenduntur relata in Decreto Gratiani Decreta, quibus hæc innititur opinio. *ibid. col.* 2. & *ſeqq.* Quid in his Decretis præcipue occaſionem Canoniſtis dederit attribuendi Epiſcopis, & notanter Romano Pontifici auctoritatem huic Aſylo terminos legeſque præfigendi? *ibid.* 124. *col.* 1. & 2. Eamdem hanc opinionem tueri conati ſunt quidam recentiores Theologi & Canoniſtæ, auctoritate Bullæ Gregorii XIV. *ibid.* 148. *col.* 1. §. 1. Hujus Bullæ, quæ incipit, *Cum alias nonnulli*, ſcopus præcipuus. *ibid.* Quæ de Indultis ſuorum Prædeceſſorum in hac ſua Bulla narrat Pontifex, ad recentiorem ætatem ferenda. *ibid. col.* 2. §. 2. Enarrat Pontifex ſcandala & abuſus, quæ prætendit ex prædictis Indultis ſecuta; & quis ſcopus hujus enarrationis? *ibid.* 149. *col.* 1. & 2. §. 3. Revocat facultates & Indulta a ſuis Prædeceſſoribus conceſſa, circa Reos ex Aſylo Templorum extrahendos. *ibid.* 150. *col.* 1. & 2. & *ſeqq.* Pontifex exprimit caſus, in quibus & non in aliis, conſugæ ab Eccleſiis extrahi poſſint. *ibid.* 151. *col.* 2. Prætendit ſatisfacere querelis Curiæ ſecularis. *ibid.* 152. *col.* 1. §. 6. Vetat confugientes etiam in caſibus exceptis, per Curiam ſecularem extrahi ſine licentia Epiſcopi, & adjunctione perſonæ Eccleſiaſticæ. *ibid. col.* 2. Auctoritatem dandi licentiam extrahendi *ſolis* Epiſcopis competere declarat, in quo Conſtitutio ſibi cohærere non videtur. *ibid.* 153. *col.* 1. & 2. & 154. *col.* 1. & 2. Præcipit extractos per Miniſtros Curiæ ſecularis duci ad carceres Curiæ ſpiritualis. *ibid. col.* 2. & *ſeq.* §. 9. Tradi non permittit extractos Curiæ ſeculari, niſi prius, cauſâ cognitâ, Judex Eccleſiaſticus declaraverit eſſe *exceptum* caſum. *ibid.* 155. *col.* 1. & 2. Nullibi pene recepta eſt hæc Bulla. *ibid. col.* 2. & 156. *col.* 1. & 2.

Aſylo antiquitus ſolæ Eccleſiæ gaudebant; & quid hic nomine Eccleſiæ veniat? IX. 125. *col.* 2. §. 1. & 2. Circa loca Immunitatis attendenda conſuetudo. *ibid.* 126. *col.* 2. §. 3. Soli ad Eccleſias conſugientes Aſylo fruuntur. *ibid. col.* 2. §. 1. Quid ſi quis e manibus ſatellitum aut ex carcere elapſus, ad Eccleſiam conſugiat? *ibid.* 127. *col.* 1. Quid potiſſimum in concedenda, aut extendenda, vel interpretanda Immunitate attendendum? *ibid. col.* 1. §. 2. Romani Pontifices quædam crimina ab Aſylo exceperunt per ſuas Decretales; & quæ harum Decretalium auctoritas? *ibid.* 128. *col.* 1. §. 3. Ab Aſylo excluſi delinquentes in loco Immunitatis aut ſpe immunitatis conſequendæ. *ibid. col.* 2. §. 4. Decretali Innocentii III. quâ hic Pontifex reſpondit diſtinguendum eſſe inter hominem *liberum* & hominem *ſervum*, qualiter in Belgio & in Gallia ſit derogatum? *ibid.* 129. *col.* 2. §. 5. Quinam fures ab Aſylo excluſi? *ibid.* 130. *col.* 2. §. 6. Fures ob commiſſum furtum ſimplex, non qualificatum, Jure communi ab immunitate non excludi communis eſt opinio. *ibid.* 131. *col.* 1. & 2. Homicidæ, Rei læſæ Majeſtatis, & fraudulenti Decoctores ab Aſylo excluſi. *ibid.* 131. *col.* 2. §. 7. & 132. *col.* 1. & 2. §. 8. & 133. *col.* 1. & 2. §. 9. Item Graſſatores & Seditioſi. IX. 132. *col.* 1.

Aſyli ſeu Eccleſiarum immunitatis quis Judex legitimus? IX. 133. *col.* 2. §. 1. & 134. *col.* 1. & 2. Extractio ab Aſylo Templorum ſpectat ad Curiam ſecularem, ſive ejus Miniſtros. *ibid.* 135. *col.* 1. & 2. Clerici non poſſunt conſugam tueri contra Magiſtratus & Officiarios civiles, eum proſequentes. *ibid.* 136. *col.*

col. 1. De jure non requiritur licentia Epiſcopi ad confugam ex Aſylo extrahendum. *ibid.* Praxis Belgii. *ibid. col.* 2. §. 3. & 137. *col.* 1. & 2. & *ſeqq.* Quid de Aſylo habeant Concordatum vulgo Brabantinum, necnon prætenſum Concordatum vulgo Hannoniæ? IX. 140. *col.* 2. & 142. *col.* 1. & *ſeqq.* Quomodo probatum eſſe debeat, caſum eſſe exceptum, ut Reus extrahatur? IX. 138. *col.* 1. §. 4. Conſtitutio Franciſci I. Regis Galliæ, & ejus occaſione Eccleſiarum Aſyla abrogata. *ibid. col.* 2. §. 5. & 139. *col.* 1. & 2. Quare non ſit jactura, quod apud Gallos Aſyla deperierint? *ibid.* 139. *col.* 2. & 140. *col.* 1.

ATHANASIUS (S.).

Athanaſius (S.) adhuc Diaconus præcipuas habet partes in Synodo Nicæna contra Arianos. VI. 402. *col.* 2. Hinc in ipſum Arianorum odium implacabile. *ibid.* Euſebiani Arianiſmi fautores Concilium Antiochenum congregant contra Athanaſium tunc Alexandriæ Epiſcopum. VI. 498. *col.* 2. & 499. *col.* 1. An in odium S. Athanaſii fabricatus fuerit Canon XII. Synodi Antiochenæ? VI. 514. *col.* 2. & 515. *col.* 1. & 2. Ejus depoſitio, præcipua ratio convocationis Sardicenſis Concilii. VII. 109. *col.* 1. & 2. & 110. *col.* 1. & 2. Conveniunt Sardicam Orientales & Occidentales Epiſcopi, diſſident & recedunt; præcipuaque diſſenſionis & receſſus ratio. VII. 112. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Profeſſio fidei Orientalium S. Athanaſio infenſorum. *ibid.* 115. *col.* 1. Calumniis Euſebianorum impetitur. *ibid.* 116. *col.* 1. & *ſeq.* Innocens declaratur in Concilio Sardicenſi. *ibid. col.* 2. & 117. *col.* 1.

ATRIUM.

Atrium Eccleſiæ, quid ſit. III. 694. *col.* 2. *n.* 28.

ATTENTATUM.

Attentatum quid dicatur in materia Appellationis? IV. 359. *col.* 2. *n.* 4. & *ſeqq.* Ante omnia debet caſſari & annullari. *ibid.* Id etiam obtinet in Appellatione quantumvis frivola, ſi Judex *a quo* eidem detulerit. *ibid. n.* 5. Hic effectus non habetur, niſi Appellatio Judici *a quo*, & Parti fuerit intimata. *ibid. n.* 6. Appellatio ab interlocutoria non habet hunc effectum, niſi poſt inhibitionem Judicis *ad quem*, & hujus ratio. *ibid. n.* 7. Poſt inhibitionem attentatum eſt revocandum, licet ratio inhibitionis non ſubfuerit. *ibid.* 360. *col.* 1. *n.* 9. Revocatio hæc fieri debet per Judicem *ad quem*. *ibid. n.* 10. Per Appellationem Juriſdictio Judicis non omnino tollitur, ſed ſuſpenditur. *ibid. n.* 11. Judex *a quo*, pendente Appellatione, varia adhuc poteſt ordinare, quæ non ſunt attentata. *ibid. n.* 12.

AVARITIA.

Avaritiæ definitio. V. 309. *col.* 1. §. 1. Quemcumque Chriſtianum dedecet hoc vitium. *ibid. col.* 2. Directe Clericali profeſſioni opponitur. *ibid.* Avaritia animum rebus terrenis affixum tenet. *ibid.* Inter vitia, quæ ſtatum Clericalem reddunt contemptibilem, eminet Avaritia. *ibid.* V. 310. *col.* 1. & VII. 194. *col.* 1. & 2.

Avaritia, radix omnium malorum, idolorum ſervitus. V. 310. *col.* 1. §. 2. Nihil Eccleſiæ contingere poteſt perniciofius aut luctuoſius, quam Miniſtros ſeu Sacerdotes Avaritiæ vitio laborare: *ibid. col.* 1. & 2. & 311. *col.* 1. & 2. Quot inde Simoniacæ pactiones, profanationes, Sacrilegia? *ibid. col.* 1. & *ſeq.*

Avaro nihil ſceleſtius. V. 310. *col.* 1. §. 2.

Avaritiâ ſordidâ laborant Canonici, aliique Eccleſiæ Miniſtri, qui officium eo ſolo intuitu ſuſcipiunt aut tenent, ut temporalia recipiant. V. 311. *col.* 2. §. 3. & 312. *col.* 1. In quo circa temporalium receptionem conſiſtat Avaritiæ perverſitas? *ibid. col.* 1. Indicia quibus dignoſci poſſit, num quis Eccleſiaſticus in peragendis ſuis functionibus Avaritiæ vitio laboret? *ibid. col.* 2. §. 4. & 313. *col.* 1. & 2. Vide, *Diſtributiones.*

Avaritia Epiſcoporum in extorquendis quibuſdam Juribus a Clericis & Monachis ſub vario prætextû, in Concilio Nicæno II. arguitur. VII. 457. *col.* 2. & 458. *col.* 1. Quid circa eamdem materiam in Concilio Lateranenſi quarto? VIII. 407. *col.* 1. & 2. & 408. *col.* 1. & 2. Quid in eodem Concilio de Avaritia Laicorum, qui laudabiles conſuetudines conantur infringere? *ibid.* 408. *col.* 2. & *ſeqq.*

Avaritia quorumdam Patronorum a Concilio Lateranenſi quarto repreſſa. VIII. 423. *col.* 2.

AUCTORITAS.

Auctoritatis magnæ & exiſtimationis Viri dogma an liceat impugnare? V. 110. *col.* 2. §. 2. An nullius auctoritate attentâ, libere quod verum eſt, eloquendum? *ibid.* 112. *col.* 1. & 2.

Auctoritas Prælatorum in judiciis ferendis prævalet: in interpretandis ſacris Scripturis prævalet auctoritas Sanctorum Patrum. VIII. 46. *col.* 1. & 2. Concilii Toletani XIV. ea de re ſententia. *ibid. col.* 2. & 47. *col.* 1.

AUDITIO.

Vide, *Gradus pœnitentiæ.*

AUGUR.

Digitized by Google

AUGUR.

Augures, Divinatorum genus. IV. 135. *col.* 1. *n.* 15.

AUGUSTINUS (S.).

Auguſtinus (S.) adhuc Presbyter jubetur habere Orationem coram Concilio plenario Hippone congregato. VII. 151. *col.* 1. Quare non adſuerit Concilio Carthaginenſi *vulgo* Tertio? VII. 156. *col.* 1. Quo tempore Monaſteria virorum & virginum inſtituerit? *ibid.* 157. *col.* 1. Ejus & ſimul quatuor aliorum Epiſcoporum Africanorum litteræ ad Innocentium I. contra Pelagianam hæreſim. *ibid.* 161. *col.* 1. & 2. Notat Zoſimo ſubreptum eſſe in Pelagii negotio. *ibid.* 164. *col.* 1. In Mauritaniæ Cæſarienſi civitate diſputat cum Emerito Donatiſta. VII. 168. *col.* 2. & 169. *col.* 1. Manſuetudo S. Auguſtini erga Donatiſtas. *ibid. col.* 1. & 2.

AURELIUS.

Aurelius Primas Carthaginenſis Concilio Africano generali præſidet. VII. 171. *col.* 1. & *ſeqq.* Unus fuerat e quinque Epiſcopis, qui litteras miſerunt ad Innocentium Papam contra Pelagianam hæreſim. *ibid.* 161. *col.* 1.

AUTOGRAPHA.

Vide, *Minutæ*.

AZYLUM.

Vide, *Aſylum*.

B

BACCHANALIA.

B*Acchanalium* deſcriptio. VII. 389. *col.* 1. & 2. Ex his Gentilium Bacchanalibus plurima nobis ſuperſunt, & fortem manum extirpatricem poſtulant. *ibid.*

BACULUS PASTORALIS.

Baculus Paſtoralis cujus formæ, & ex qua materia fuerit apud Græcos? II. 209. *col.* 2. *n.* 17. & 210. *col.* 1. Olim illum ab Imperatoribus accipiebant Patriarchæ, & præcipui animarum Præfecti. *ibid.*

Baculo Paſtorali non utuntur hodie Romani Pontifices; & quare? I. 210. *col.* 1. & 2. *n.* 18. Myſtica hujus rei ratio deſumpta ex hiſtoria, quam ſuppoſititiam & falſam eſſe probatur. *ibid.* Olim eo uſi fuerunt. *ibid.* Eo non poteſt uti Prælatus extra terminos ſuæ juriſdictionis. I. 235. *col.* 2. *n.* 12. Ejus uſus ante alia Pontificalia Abbatibus competiit; & quare? I. 580. *col.* 1. *n.* 6. Quid ſignificet ſudarium Baculo Abbatiali appenſum, & qui appenſum illud habere debeant? *ibid. n.* 7. & *col.* 2. Olim vocabatur Cambutta. II. 490. *col.* 1. *n.* 18.

BALDUINUS.

Balduinus Flandriæ Comes a Latinis conſtituitur Conſtantinopolitanus Imperator. VIII. 520. *col.* 2.

BALISTARII.

Baliſtariis non præficiendi Clerici. VIII. 379. *col.* 2.

BALNEUM.

Balnea ingredi viros una cum mulieribus abominabile. VI. 549. *col.* 2. Balneorum uſus quantus olim fuerit? VII. 404. *col.* 2. Balnea cum mulieribus communia vetita ab ipſis Ethnicis. *ibid.* Quid ſtatuerit Juſtinianus contra mulieres Balnea virorum auſas ingredi? *ibid.* 405. *col.* 1. Publica lotio prohibita. *ibid.*
Vide, *Lotio*.

BANNUM.

Vide, *Proclamatio*.

BAPTISMUS.

Baptiſmus primum & maxime oeceſſarium Sacramentum. II. 19. *col.* 1. *n.* 1. Baptiſmi neceſſitas & effectos. VIII. 297. *col.* 2. & 298. *col.* 1. & 2. & 299. *col.* 1. Quà ratione dicatur janua Sacramentorum? II. 19. *col.* 1. *n.* 2. An Ordo valide conferatur non baptizato? *ibid. n.* 3. Non temere de ſuſcepto Baptiſmo dubitandum. *ibid. n.* 6. & 20. *col.* 1.

Baptiſmus flaminis, & ejus efficacia. II. 20. *col.* 1. *n.* 7. Per Baptiſmum flaminis quis poſſit ſalvari? *ibid. n.* 8.

Baptiſmus ſanguinis, & ejus efficacia. II. 20. *col.* 2. *n.* 10. Baptiſmus flaminis & ſanguinis ſupplet vicem Baptiſmi aquæ. VIII. 298. *col.* 1.

Baptiſmus fluminis ſolus habet rationem Sacramenti. II. 20. *col.* 2. *n.* 11. & 21. *col.* 1. Ejus forma apud Latinos & apud Græcos quid requirat? *ibid. n.* 12. & 13. Exponitur *Cap.* I. ⁒ *de Baptiſmo*. *ibid. col.* 2. *n.* 14. Iterum expenditur, fuſiuſque explicatur. II. 25. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Quæſtio verſatur circa hæc verba, *Ego te baptizo*; an ſcilicet neceſſaria ſint ad conſtituendam Baptiſmi formam? *ibid. n.* 4. & 26. *col.* 1. Dubia ſolvuntur. *ibid.* & *col.* 2. *n.* 6. & *ſeq.* De forma verborum adminiſtrandi Sacramentum Baptiſmi, quæ occurrit in Canonibus vulgo

Digitized by Google

Apoſtolorum. VI. 372. *col.* 2. Laici in caſu neceſſitatis ſoliti ſunt baptizare abſque prædicta clanſula. II. 26. *col.* 1. *n.* 5. Tandem creditum eſt validum non eſſe Baptiſmum ſine his verbis, *Ego te baptizo*. *ibid. col.* 2. *n.* 6. Nemini, cum baptizat, fas eſt ea omittere. *ibid.* & 27. *col.* 1. *n.* 7. Ea agendi ratio niti videtur auctoritate Theologorum. *ibid. in nota.* Materia eſt aqua; & quænam? II. 21. *col.* 2. *n.* 15. & *ſeqq.* De ejus applicatione per immerſionem vel infuſionem, juxta varios temporum & locorum ritus copioſa diſſertatio. II. 22. *col.* 1. & 2. *n.* 18. & *ſeqq.* Quid circa merſionem unam vel trinam in Canonibus Apoſtolorum? VI. 373. *col.* 1. Ritus unius vel trinæ immerſionis in Baptiſmo eſt tantum diſciplinæ. VIII. 298. *col.* 2. Recens baptizatis tamquam infantibus olim guſtandum dabatur *lac* & *mel*. VII. 227. *col.* 2. Hujus ritus expoſitio. *ibid.* & 228. *col.* 1. De unctione Baptizandi, & veſte candida. VIII. 298. *col.* 2. De Chriſmate quo inungendi Baptizati. *ibid.* 299. *col.* 1. De dilatione Baptiſmi. *ibid.* Regula, quæ in diverſitate diſciplinæ circa hanc rem tenenda eſt. II. 24. *col.* 2. *n.* 31.

Baptiſmus olim fere in ſola Cathedrali adminiſtrabatur. II. 30. *col.* 1. *n.* 14. Differentia erat inter Eccleſias Parochiales & Baptiſmales, & illius diſtinctionis adhuc hodie extant veſtigia. *ibid. col.* 2. *n.* 15. & 16. An in domibus privatis Baptiſmum adminiſtrare liceat? *ibid.* 31. *col.* 1. *n.* 17.

Baptiſmum extra tempus Paſchatis & Pentecoſtes conferre olim non licebat; & quare? II. 31. *col.* 1. *n.* 18. & VIII. 297. *col.* 2. Quare illud tempus adminiſtrationi Baptiſmi ſit conveniens? II. 31. *col.* 2. *n.* 20. Exceptus fuit caſus neceſſitatis. *ibid.* 32. *col.* 1. *n.* 21. Baptizati in ægritudine, poſtmodum magis erant inſtruendi. VI. 556. *col.* 2. Non poterant in Presbyteros ordinari; & quare? VIII. 84. *col.* 1. Quomodo ſenſim circa tempus baptizandi diſciplina abolita? II. 22. *col.* 1. *n.* 22. Quid pro conſervanda priſtina diſciplina fecerit S. Carolus? *ibid.* 33. *col.* 1. *n.* 24. Adhuc extant illius veſtigia. *ibid. n.* 25.

Baptiſmus infantium nullo prætextu differendus. II. 32. *col.* 2. *n.* 23. Recenter baptizati albâ veſte induebantur. II. 41. *col.* 2. *n.* 28. Veſtis hæc totum corpus tegebat. *ibid. n.* 39. Per quot dies ipſam retinebant, & quo tempore deponebant? *ibid.* 42. *col.* 1. *n.* 30. Quid hodie pro ea capiti recenter baptizati imponitur? *ibid. n.* 41. Olim ardentes cerei Neophytis dabantur. *ibid. n.* 42. poſt ſuſceptum baptiſma olim ſtatim confirmabantur. *ibid. col.* 2. *n.* 45. antiquitus etiam Sacra Euchariſtia dabatur. *ibid.* 43. *col.* 1. *n.* 47. Dabatur quoque Neophytis *lac* & *mel*. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 48. ac etiam adultis. *ibid. col.* 2. *n.* 49. Quid myſterii hæc mellis & lactis guſtatio denotaret. *ibid. n.* 50. Specialis in Ordine Romano lactis & mellis benedictio. *ibid.* Oratio, quæ ſubiicitur, quid indicat? *ibid.* Propter recenter baptizatos Eccleſia voluit dies Paſchales eſſe dies lætitiæ. *ibid.* 44. *col.* 1. *n.* 51. eoque etiam hodiernæ lætitiæ ſigna tempore paſchali tendunt. *ibid. n.* 52. Baptizandi ſunt Infantes, quorum dubium eſt baptiſma. VII. 265. *col.* 1. & 410. *col.* 1. Quid de Baptiſmo parvulorum & infirmorum apud Gratianum? VIII. 298. *col.* 2. De omnimoda neceſſitate Baptiſmi reſpectu parvulorum. VIII. 299. *col.* 1. Infantes mortui ſine Baptiſmo non ſepeliendi in loco ſacro. III. 729. *col.* 1. *n.* 27. Anathematizatur Pelagianorum dogma de *medio quodam loco* Paradiſum inter & Inferos, in quo Infantes non baptizatos beate vivere affirmabant. VII. 309. *col.* 2.

Baptiſmi ritus antiqui & moderni comparatio, & analytica explicatio. II. 34. *col.* 2. *n.* 1. & *ſeqq.* & 35. *col.* 1. & 2. & *ſeqq.* In multis convenit cum ritu dedicationis Eccleſiarum. II. 490. *col.* 2. *n.* 20. & 21. Sæpius pro concione ſingula ad Baptiſmum requiſita explicanda. II. 49. *col.* 2. *n.* 24. Dies Baptiſmi annue recolendus. II. 39. *col.* 1. *n.* 28. & VI. 557. *col.* 1. Baptizatorum vita. VII. 421. *col.* 2.

Baptiſmalis innocentia olim requiſita, ut quis poſſet ordinari. II. 319. *col.* 1. *n.* 2. Quid de Baptiſmi Sacramento in Concilio Lateranenſi quarto? VIII. 364. *col.* 2.

Vide, *Ordo*, *Sacerdos*.

Baptizandi ſub conditione forma olim ignota. VII. 265. *col.* 1. Hæc forma non ubique eodem tempore recepta. *ibid. col.* 2. Quo tempore invaluerit? *ibid.*

Baptizatorum nomina in Regiſtro Baptiſmali annotanda. II. 386. *col.* 2. *n.* 21. & 416. *col.* 1. ſub *n.* 22. Regiſtrum hoc plenam fidem facit. *ibid.* Edicta Principum Belgii circa hæc Regiſtra. *ibid.* Quam diligenter conſervanda Regiſtra Baptiſmalia. II. 416. *col.* 1. ſub *n.* 22.

Baptiſmi Miniſter ordinarius olim Epiſcopus. II. 27. *col.* 2. *n.* 1. Hodie Parochus jus baptizandi habet, ſed ab Epiſcopo derivatum. *ibid.* 28. *col.* 1. *n.* 3. Sine licentia Parochi nemo baptizare poteſt. *ibid. n.* 5. Presbytero & Diacono ſolemnis adminiſtratio Baptiſmi delegari poteſt, ſed non inferioribus. *ibid. n.* 6. Quinam in neceſſitate baptizare poſſint? *ibid.*

Digitized by Google

ibid. col. 2. *n.* 7. An valide a non baptizato conferatur Baptiſmus ? VIII. 297. *col.* 2. In ea quæſtione dubius hæſit Auguſtinus . *ibid.* 298. *col.* 1. De valore Baptiſmi ab Hæreticis collati . *ibid. Ce que porte l' Edit de* 1685. *ſur le Baptême des enfans des Proteſtans* . II. 552. *col.* 2. & 553. *col.* 1. Explicatur Canon Eliberitanus , qui bigamis & pœnitentibus baptizare etiam in neceſſitate prohibet . II. 28. *col.* 2. *n.* 8. Quilibet homo in caſu neceſſitatis poteſt baptizare . *ibid.* 30. *col.* 1. *n.* 12. Nemo ſeipſum baptizare poteſt . *ibid. n.* 13.

Vide , *Catechumenus* & *Neophytus* .

Baptiſmus quandonam ſit ſub conditione reiterandus ? II. 6. *col.* 1. *n.* 16. & *col.* 2. *n.* 17. Forma baptizandi ſub conditione ; & quando hæc forma invaluerit ? *ibid. col.* 2. *n.* 18. & 552. *col.* 2. An baptizati ab Hæreticis , ſint hodie rebaptizandi ſub conditione . II. 6. *col.* 2. *n.* 18. Licite baptiſmus ſuſcipitur ab Hæretico in neceſſitate . VIII. 230. *col.* 2. *L' Egliſe de France n' a jamais approuvé la réitération du Baptême conferé par les Calviniſtes* . II. 552. *col.* 2. & 553. *col.* 1. Quid circa baptizandos adultos , & præſertim gentiles, cavendum , & obſervandum ? II. 40. *col.* 2. *n.* 37. & 41. *col.* 1. Quid in Canonibus vulgo Apoſtolorum contra iterationem Baptiſmi in Eccleſia legitime collati , & de iteratione Baptiſmi ab Hæreticis collati ? VI. 371. *col.* 2. & 372. *col.* 1. Quoſnam Hæreticos Eccleſia judicaverit rebaptizandos ? VI. 535. *col.* 2. Quinam Hæretici non valide baptizent ? VII. 88. *col.* 2. A miniſtrante hæretico non ſuſcipiendus baptiſmus . *ibid.*

Baptizandi mortuos unde profluxerit mos, ſive abuſus ? VII. 208. *col.* 1.

Baptiſmus an conferat parvulis virtutes ? VIII. 565. *col.* 1.

BASILICA .

Baſilicæ an ad Epiſcopi ordinationem cum omni dote ſua pertineant ? VIII. 148. *col.* 1.

Vide , *Eccleſiæ* , *Bona Eccleſiaſtica* .

BEGGINAGIUM.

Begginagium quid ? I. 73. *col.* 1. *n.* 6. & *ibid. in nota* , & 652. *col.* 2. *n.* 3. & 653. *col.* 1. Quo tempore Begginagia pleraque inſtituta ; & quis primus Fundator ? *ibid.* 654. *col.* 2. *n.* 12. Hodie pleriſque Begginagiis eſt proprius Parochus . *ibid.* 653. *col.* 2. *n.* 8.

Vide , *Beguinæ* .

BEGUARDI .

Beguardi , quinam fuerint ? VIII. 565. *col.* 2. Eorum damnantur errores . *ibid.* & 566. *col.* 1. Inquiſitio in Beguardos . *ibid.*

BEGUINÆ .

Beguinarum ortus , inſtitutio , antiquitas , & incrementum . I. 652. *col.* 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Eccleſias Parochiales frequentabant , & Presbyteris Parochialibus erant ſubjectæ ; nec proprium Parochum habebant . *ibid.* 653. *col.* 1. *n.* 5. Interdum ex ſpeciali Privilegio eis dabatur Capellanus , ſalvo Jure Eccleſiæ Parochialis . *ibid. col.* 2. *n.* 7. A ſuis Directoribus & Directricibus normam vivendi accipiebant . *ibid. n.* 9. Primitus nullam profeſſionem emittebant , ejus hodierna formula . I. 654. *col.* 1. *n.* 10. Multas ſubeunt vexationes . *ibid. col.* 2. *n.* 13. Errores ipſis adſcripti. *ibid. n.* 14. Belgicæ per Declarationem Joannis XXII. tutantur . *ibid.* 655. *col.* 1. *n.* 15. Olim in Gallia frequentes . *ibid. col.* 2. *n.* 17. Quomodo deſierint ? *ibid.* In earum locum ibi ſucceſſerunt Sorores Griſeæ . *ibid.* & VIII. 567. *col.* 1. In quibus earum Inſtitutum & moderna diſciplina conveniat cum Regulari ? I. 655. *col.* 2. *n.* 18. Quâ ratione dicantur aſſumpſiſſe ſtatum , idque potiori ratione quam filiæ devotæ ? *ibid.* 656. *col.* 2. *n.* 19. Quale cenſendum ſit Jus patronatus ipſis competens , an Laicum an Eccleſiaſticum ? III. 189. *col.* 2. *n.* 28. & 190. *col.* 1.

Beguinarum Inſtituti & converſationis deſcriptio . VIII. 566. *col.* 2. Heterodoxæ earum opiniones , & in eas Inquiſitio . *ibid.* & 565. *col.* 2. & 566. *col.* 1. Aboletur Beguinarum ſtatus . *ibid. col.* 2. Excommunicantur Religioſi qui eas deinceps foverint . *ibid. col.* 2. Clemens V. voluit indiſcriminatim abrogari Beguinarum Inſtitutum . *ibid.* 567. *col.* 1. In Belgio eſt conſervatum , & hodie perſeverat . *ibid.* & I. 652. *col.* 2. *n.* 1. & *ſeqq.* & 653. *col.* 1. & 2. & *ſeqq.*

BEGUINUS .

Vide , *Bizochius* .

BELGIUM .

Belgium pro primaria ſua lege tenet Conſuetudines inveteratas Provinciarum , & iis deficientibus , Edicta ſuorum Principum . I. 66. *col.* 1. *n.* 4. Quomodo Concilium Tridentinum in Belgio publicatum & admiſſum ? *ibid. col.* 2. *n.* 5. & 61. *col.* 1. *n.* 3. & III. 215. *col.* 1. *n.* 21.

Belgæ non ſtringuntur publicatione *in acie campi Floræ* . VIII. 602. *col.* 2. Bullæ Bullarii , quæ obligant Belgas , debent pro Belgis fuiſſe latæ . *ibid.* 601. *col.* 2. Et in Belgio rite publicatæ . *ibid.* Quod pluribus argumentis probatur . *ibid.* & 602. *col.* 1. Nullam vim

Digitized by Google

habent in Belgio Bullæ Pontificiæ, niſi prævio Regis *placeto* publicatæ & admiſſæ fuerint. *ibid. col.* 2. & 603. *col.* 1. Bulla *in Cœna Domini* non admittitur. *ibid. col.* 1. & 2.

Belgium cenſetur Patria obedientiæ. III. 133. *col.* 1. *n.* 20. Unde factum quod praxis Galliæ in aliquibus ejus provinciis pluſquam in aliis ſit uſitata? *ibid. n.* 22.

Belgium ſervos non agnoſcit. II. 401. *col.* 2. *n.* 14. & *in nota*. Servi aliunde invecti beneficio tegionis fiunt liberi. *ibid.*

Vide, *Edicta*.

Belgarum Jura non permittunt quemquam in quacumque cauſa vel inſtantia evocari extra Provinciam. IV. 184. *col.* 1. *n.* 10. Id etiam obtinet in rebus & delictis Eccleſiaſticis. *ibid. col.* 2. *n.* 15. & 185. *col.* 1. & *ibid.* 111. *col.* 1. *n.* 37. Speciale quoad hoc Privilegium Brabantorum. *ibid.* 184. *col.* 1. *n.* 10. Ubi hic uſus indicetur, & quibus innitatur fundamentis? *ibid. n.* 11. Pœna capitalis ſtatuitur adverſus eos, qui Brabantum extra Brabantiam evocant. *ibid. col.* 2. *n.* 14. Sollicitudo, quam habuerunt Senatus Regii in publicatione Concilii Tridentini, ut hoc Privilegium ſartum rectum conſervarent. IV. 186. *col.* 1. *n.* 19. Privilegium illud refertur a Scriptoribus exteris, & agnoſcitur a S. Congregatione Concilii Tridentini interprete. *ibid. col.* 2. *n.* 20. Libellus ſupplex Statibus Brabantiæ oblatus ex parte plurimorum Eccleſiaſticorum, quo petunt, ut nemo niſi auditus coram Judice legitimo puniatur, & ut executioni mandentur Brevia Apoſtolica. IX. 189. *col.* 2. & 190. *col.* 1. & 2. Alter libellus ſupplex Statibus Brabantiæ oblatus, quo exhibentur commiſſæ inobſervationes Privilegiorum Patriæ. *ibid.* 191. *col.* 1. & 2. & 192. & *ſeqq.* Repræſentatio Statuum Brabantiæ ſuper infractione legum ſundamentalium Patriæ per evocationem trium membrorum vel Miniſtrorum Univerſitatis Lovanienſis. IX. 590. *col.* 1. In cauſis ſpectantibus ad Curiam Romanam debent Belgæ judicari per Judices delegatos in partibus. IV. 185. *col.* 2. *n.* 18. & 186. *col.* 1. Belgæ reſpuunt quæcumque extera judicia. *ibid.* 185. *col.* 2. *n.* 18.

Belgæ Theologi accuſantur tamquam Immunitatis Eccleſiaſticæ & Sacerdotalis profanatores; quæ accuſatio nullo probatur exemplo. IX. 161. *col.* 2. §. 2. & 162. *col.* 1. Pluribus argumentis adſtruitur Theologos Belgas in materia *morum* & *doctrinæ* non declinare Judices Eccleſiaſticos ut incompetentes. *ibid. col.* 1. & 2. §. 3. & 163. *col.* 1. & 2. §. 4. An adverſarii horum Theologorum æque ſint immunes a violatione Immunitatis Eccleſiaſticæ in materia *doctrinæ*? *ibid.* 164. *col.* 1. & 2. §. 5. Theologi Belgæ non conqueruntur vetari recurſus ad Conſilia Regia in materia *morum* & *doctrinæ*, ſed ſibi negari protectionem Regiam contra violentias & viam facti. IX. 168. *col.* 1. & 2. & *ſeqq.* §. 2. Forma ſervanda in cauſis Eccleſiaſticis juxta Conſuetudines, Leges & Privilegia Belgii, quam Theologi Belgæ in ſuis cauſis ſervari poſtulant. *ibid.* 171. *col.* 2. §. 3. & 172. & *ſeqq.* Iidem Theologi merito conqueruntur ſibi viam juſtitiæ negari, dum via poſſeſſorii iis occluditur. IX. 174. *col.* 1. & 2. §. 4. & 175. *col.* 1. & 2. Falſo accuſantur Theologi Belgæ, quod in criminalibus declinent Tribunal Eccleſiaſticum. IX. 175. *col.* 2. & 176. *col.* 1. & 2. An Theologi Belgæ evertant Judicium criminale prætextu poſſeſſionis ſuæ famæ; aut ex Lege *Diffamari* recurrendo ad Tribunalia Regia? *ibid.* 179. *col.* 1. & 2. §. 3. Accuſantur Theologi Belgæ, quod adverſus Epiſcopos, & ſignanter Archiepiſcopum Mechlinienſem, actiones criminales inſtituant coram Judicibus ſecularibus. IX. 181. *col.* 1. & 2. §. 4. Archiepiſcopi Mechlinienſis Memoriale Regi oblatum adverſus quinque Deputatos, & Deductio Proceſſus criminalis Paſtoris Sanctæ Catharinæ, & adhærentium ipſius. IX. 201. *col.* 1. & 2. & 202. *col.* 1. & 2. Libellus ſupplex quinque Deputatorum Regi oblatus adverſus Memoriale Archiepiſcopi Mechlinienſis. *ibid.* 203. *col.* 1. & 2. & 204. & *ſeqq.*

BELLUM.

Bellum, an Chriſtianis ſit vetitum? VIII. 212. *col.* 1. & *ſeq.* Non eſt per ſe malum. *ibid. col.* 2. An jubente Rege bellari poſſit, dum dubitatur de juſtitia belli? *ibid.* Debet eſſe juſtum. *ibid.* 213. *col.* 1. Quæ ad juſtitiam belli requirantur? *ibid.* An & quo ſenſu injuria a proximo illata, armis ſit propulſanda? *ibid.* Quibus ex cauſis juſte peti poſſit auxilium ad propulſandam injuriam? *ibid. col.* 2. Oppreſſis quilibet, quantum in ſe eſt, ſubvenire debet. *ibid.* 214. *col.* 1. Quid interſit inter hominem ſe vindicantem, & Judicem punientem? *ibid.* 213. *col.* 2.

BELLUM SACRUM.

Bellorum ſacrorum origo. VIII. 369. *col.* 2. & 370. *col.* 1. Synodus Claromontana pro bello ſacto. *ibid.* 370. *col.* 1.

Bellum ſacrum contra Hæreticos. VIII. 369. *col.* 2. & 370. & *ſeqq. col.* 1. & 2.

Belli ſacri indictione Bonifacius VIII. conatur

Digitized by Google

natur iram Philippi Pulchri declinare. VIII. 469. *col.* 2.

Vide, *Cruce-ſignati*, *Cruciata*, *Terra-Sancta*, *Hæreſis*.

BENEDICTIO.

Benedictio ſolemnis cenſetur inter Pontificalia. I. 235. *col.* 1. & 2. *n.* 12. Epiſcopus non poteſt ſolemniter dare Benedictionem præſente Legato *de Latere*. I. 347. *col.* 2. *n.* 26. A quo tempore Abbates impetrarint auctoritatem ſolemniter benedicendi populum? I. 580. *col.* 2. *n.* 8. Solemniter benedicendi auctoritas olim Pontificalium uſui non erat annexa. *ibid. n.* 9. Id non poſſunt, niſi in Eccleſiis ſibi pleno jure ſubjectis. *ibid.* 583. *col.* 1. *n.* 25. Nec præſente Epiſcopo. *ibid. col.* 2. *n.* 27.

Benedictio ab Epiſcopo data Regulari in ſua Eccleſia concionaturo eſt virtualis approbatio. I. 256. *col.* 1. & 2. *n.* 17. & 257. *col.* 2. *n.* 10.

Benedictio ſolemnis Monachi quam vim olim habuerit? I. 471. *col.* 1. & 2. *n.* 1.

Benedictionis nuptialis antiqnitas. II. 384. *col.* 2. *n.* 11. Convenit ut fiat inter Miſſarum ſolemnia. *ibid. n.* 12. & 385. *col.* 1. *ſub eod. n.* 12.

Benedictionem quomodo in Officio Nocturno petat & accipiat Lector, qui lecturus eſt Lectiouem? V. 417. *col.* 1. Hic ritus antiquiſſimus; & quid ſignificet? *ibid.*

Benedictio gratiæ; quare ſic dicta fuerit Profeſſio Monaſtica? VII. 368. *col.* 2.

Benedictio veſtis Monaſticæ Virginibus imponendæ jam pridem nota. VII. 373. *col.* 1. Monachus foras egreſſurus a Superiore Benedictionem accipere debet. *ibid.* 374. *col.* 2.

BENEFICIUM.

Beneficiorum origo, natura & definitio. III. 2. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* & IX. 519. *col.* 1. & 2. §. 4. & 520. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Quomodo olim vocatum Beneficium? III. 2. *col.* 1. *n.* 2. Unde *Titulus Beneficii* nomen obtinuerit? *ibid.* 3. *col.* 2. *n.* 12. Definitio Beneficii juxta Canoniſtas. *ibid. n.* 13. alia Theologorum. *ibid. n.* 14. Quodnam ſit fundamentum Beneficii? *ibid.* Nullum Beneficium ſine Officio. *ibid.* 4. *col.* 1. *n.* 17. Beneficium debet eſſe perpetunm. *ibid. n.* 18. & *col.* 2. Clericus per Beneficium ſubiicitur & adſtringitur Eccleſiæ, exemplo ſervi ad dominum, & filii ad patrem. III. 422. *col.* 2. *n.* 4. *Obſervations ſur la definition & la nature du Bénéfice*. III. 747. *col.* 1. & 2. & 748. *col.* 1. Omne Beneficium datur *propter officium*. IX. 521. *col.* 1. ſub §. 8.

Beneficia quæcumque, etiam ſimplicia, ut veri Beneficii naturam habeant, debent eſſe perpetua. IX. 523. *col.* 2. §. 9. Hæc Beneficiorum perpetuitas facit, ut bis ſine Judicis competentis Sententia, ſervato Juris ordine latâ, legitimi eorum poſſeſſores privari nequeant. *ibid.* & 524. *col.* 1. & 2. Quænam requirantur, ut fundatio aliqua cenſeri poſſit Beneficium? III. 5. *col.* 1. *n.* 22. Non ſufficit data facultas celebrandi Miſſas. *ibid. n.* 23. Cur conveniat ſcire priſtinam Eccleſiæ circa Beneficia diſciplinam? *ibid. col.* 2. *n.* 28. In inferioribus Beneficiis aliqua tolerantur non toleranda in Dignitatibus. III. 9. *col.* 2. *n.* 21.

Beneficium Regulare quodnam dicatur? III. 10. *col.* 2. *n.* 2. Diſtinctio inter Beneficia Secularia & Regularia olim ignota. *ibid. n.* 1. Beneficium poteſt eſſe Regulare ex fundatione & præſcriptione. *ibid.* 11. *col.* 1. *n.* 3. & 4. Quid ad præſcriptionem hanc requiratur? *ibid. n.* 5. *Il y a des cas où les Prieurés Conventuels ne peuvent devenir Prieurés ſimples par preſcription*. III. 748. *col.* 2. Beneficia Regularia ex natura ſua non conferenda, niſi Profeſſis. III. 14. *col.* 2. *n.* 14.

Beneficium Seculare quodnam dicatur? III. 11. *col.* 2. *n.* 7. Omnia Beneficia præſumuntur Secularia. *ibid. n.* 8. Exceptiones. *ibid. n.* 9. Regularia Regularibus, & Secularia Secularibus conferenda. *ibid.* 12. *col.* 1. *n.* 12. An nondum profeſſus, ſed profiteri intendens, poſſit habere Beneficium Regulare? *ibid. n.* 13. Beneficia Regularia Regularibus, & Secularia Secularibus, etiam Jure devolutionis conferenda ſunt. *ibid. n.* 11. Beneficia Secularia non Curata Regularibus conferri nequeunt. *ibid.* 13. *col.* 1. *n.* 17. Quid de Eccleſiis Parochialibus? *ibid. n.* 18. *Il ne paroît pas que ſuivant les maximes de France, le droit de conferer des Cures Seculières à des Religieux, ſoit reſervé au Pape; & pourquoi?* III. 748. *col.* 2. An Monachi ad illas olim aſſumpti, remanerent Monachi? III. 13. *col.* 2. *n.* 19. An aſſumi poſſint Canonici Regulares? *ibid.* 14. *col.* 1. *n.* 21. Canonici Præmonſtratenſes habent Privilegium, cujus vigore ad Eccleſias Parochiales Seculares præſentari & aſſumi poſſunt. *ibid.* 15. *col.* 2. *n.* 26. An ſemel aſſumpti, ad nutum ſuorum Prælatorum revocari poſſint? *ibid. n.* 27. *Quel eſt ſur cela l' uſage de France?* III. 767. *col.* 1. An Eccleſiæ Parochiales Mendicantibus poſſint conferri? *ibid.* 16. *col.* 1. *n.* 28. Beneficia Curata Monaſteriis exemptis unita, ſubjecta viſitationi Epiſcoporum? I. 629. *col.* 1. *n.* 11.

Vide, *Canonicus Regularis*, *Regulares*.

Beneficia Curata unde ſic vocantur. III. 17.

Digitized by Google

col. 2. *n.* 1. & 18. *col.* 1. *n.* 2. Quid requiratur, ut Beneficium aliquod cenſeatur Curatum ? *ibid. n.* 3. Quam grave onus Illis incumbat? *ibid. n.* 4. & *col.* 2. *n.* 5. Obtinens Beneficium Curatum, vi ſui tituli, exercet omnia, quæ cura animarum requirit. *ibid. col.* 2. *n.* 6. Sicuti Clericus amoveri non poteſt a Beneficio ſine cauſa, & non ſervato Juris ordine, ita nec privari poteſt curâ animarum ei annexâ. *ibid. n.* 7. Vicaria perpetua eſt verum Beneficium Curatum. III. 538. *col.* 2. *n.* 27. Quinam cenſeantur habere Beneficium Parochiale? II. 185. *col.* 2. *n.* 3. & 186. *col.* 1. *n.* 4. Inter requiſita ad Eccleſiam Parochialem, ſive Beneficium Parochiale, numerant Canoniſtæ, ut ejuſdem poſſeſſor curam animarum *nomine ſuo* & *non alieno* exerceat. IX. 520. *col.* 2. §. 7. Beneficia Parochialia debent præ cæteris eſſe perpetua. *ibid.* 521. *col.* 1. §. 8.

Vide, *Cura animarum*, *Parochus*, *Parochia.*

Beneficia ſimplicia quænam dicantur? III. 18. *col.* 2. *n.* 8. An nomine hoc veniant Canonicatus Cathedralium & Collegiatarum Eccleſiarum? *ibid. n.* 9. Decretum Concilii Tridentini ad inſtantiam Gallorum quoad Beneficia ſimplicia. III. 22. *col.* 1. *n.* 31. Qui Beneficii etiam ſimplicis fructus percipit, debet ſe ut Eccleſiæ Miniſtrum exhibere. II. 125. *col.* 2. *n.* 22. Unde Beneficia ſimplicia ſic dicta? III. 21. *col.* 2. *n.* 30. Utrum poſſeſſor ſimplicis Beneficii onus ei annexum per ſe non adimplens, jure poſſit recipere partem proventuum? III. 32. *col.* 2. *n.* 19.

Vide, *Capellania.*

Beneficiis ætas non legitur præſcripta, quandiu Beneficium ab Ordine non diſtinguebatur. III. 23. *col.* 2. *n.* 1. Seculo XI. cœperunt Beneficia conferri non inſignitis Ordine neceſſario. *ibid. n.* 2. Decreta Synodalia contra hunc abuſum. *ibid.* 24. *col.* 1. *n.* 3. Vigentibus his Decretis, non erat præfigenda ætas Beneficiis. *ibid. n.* 4. A quo tempore ætas Beneficiis præfixa? *ibid. n.* 5. Quænam ætas requiratur ad Beneficia Curata? *ibid. col.* 2. *n.* 6. Ad Dignitates? *ibid. n.* 8. & *ſeqq.* Ad Canonicatus Eccleſiarum Cathedralium & Collegiatarum? *ibid.* 25. *col.* 1. *n.* 10. & 13. Ætas præfixa independenter ab Ordinibus. *ibid.* 24. *col.* 2. *n.* 7. Ætas 14. annorum requiritur a Concilio Tridentino pro omnibus Beneficiis etiam Patronatus Laici; idque in Belgio receptum. III. 25. *col.* 1. & 2. *n.* 11. & 12. *La France ne reçoit pas ce Décret.* III. 740. *col.* 1. An annus debeat eſſe completus? *ibid.* & 26. *col.* 1. *n.* 15. An major ætas requiratur ad Canonicatus Eccleſiarum Cathedralium? *ibid.* 26. *col.* 1. *n.* 14. Circa hanc materiam antiqua Cancellariæ Regula, quæ in Gallia ſervatur. *ibid. n.* 15. & 16. Ætas functionibus Beneficiorum commenſuranda. *ibid. col.* 2. *n.* 17. Minores ætate, ſolo Jure naturali inſpecto, ad Beneficia aliqua promoveri poſſent. *ibid.* & 27. *col.* 1. *n.* 18. Quomodo primitus pueri ad Beneficia fuerint promoti? *ibid. n.* 19. Cur hodie non æque ac olim? *ibid. n.* 20. Veſtigium antiquæ diſciplinæ circa hanc rem. *ibid. n.* 21. Abuſus legi Divinæ & naturali contrarius. *ibid. col.* 2. *n.* 22. Periculoſa diſpenſatio quoad ætatem. *ibid. n.* 24. Solus Pontifex diſpenſare poteſt. *ibid.* 28. *col.* 1. *n.* 25. Diſpenſatio hæc non ſolet concedi, niſi ſimul a Papa petatur proviſio. *ibid.* In Gallia, apertâ Regaliâ, Rex diſpenſat quoad ætatem. III. 236. *col.* 1. ſub *n.* 63. De reſervata diſpenſatione ſuper ætate, & de praxi eam in Curia Romana expediendi. III. 28. *col.* 1. & 2. *n.* 26. *Il y a des cas où le Pape ne peut diſpenſer de l'âge requis pour les Bénéfices même ſimples; il y en a d'autres où il peut diſpenſer.* III. 749. *col.* 1. *n.* 24.

Beneficium ab Ordine olim non erat ſeparatum, & ideo nihil de annexo Ordine Beneficiis ſtatutum. III. 29. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & 2. Ordo aliquando *actu*, aliquando *aptitudine*, Beneficio eſt annexus. *ibid. n.* 3. Unde dignoſcendum utro modo ſit annexus? *ibid. n.* 4. Dum verba Fundationis tantum reſpiciunt functiones obeundas, cenſetur *potentiâ* annexus. *ibid.* 30. *col.* 1. *n.* 7. Quomodo Ordo annexus Capellaniæ cum onere celebrandi Miſſas? *ibid.* & *col.* 2. *n.* 8. & *ſeqq.* *Obſervations ſur ce ſujet.* III. 749. *col.* 1. & 2. Quomodo Dignitatibus & Beneficiis Curatis? III. 32. *col.* 2. *n.* 20. Quomodo Canonicatibus Eccleſiarum Cathedralium? *ibid. n.* 21. & 33. *col.* 1. Quomodo Beneficiis Parochialibus? *ibid.* 32. *col.* 2. *n.* 20. Ordo *actu* Beneficio annexus requiritur tempore Proviſionis. III. 33. *col.* 2. *n.* 1. & 34. *col.* 1. Ordo *aptitudine* annexus debet ſuſcipi intra annum. *ibid. n.* 3. & *ſeq.* A quo tempore annus ille incipiat currere? *ibid. col.* 2. *n.* 6. Non promotus intra annum debet probare Beneficium fuiſſe litigioſum. *ibid. n.* 8. Annus currit, etiamſi fructibus Beneficii non gaudeat. *ibid.* 35. *col.* 1. *n.* 9. Quid de interſtitiis? *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 11. & 12.

Vide, *Capellania*, *Ordo.*

Beneficium Parochiale obtinens, ſi intra annum ad Sacerdotium non promoveatur, eſt Beneficio ipſo jure privatus. III. 36. *col.* 1. *n.* 13.

Ex-

Exceptiones. *ibid. n.* 14. Debet tamen citari & declarari privatus. *ibid. col.* 2. *n.* 17. Praxis in Gallia quoad hoc obſervata. III. 35. *in nota*. & 36. *col.* 2. *n.* 18. Quid de fructibus interim perceptis? *ibid. n.* 19. & 37. *col.* 1. *n.* 20. Poteſt reſignare ultimâ die anni. *ibid.* 290. *col.* 1. *n.* 5. Quomodu obtinentes Beneficia non Parochialia, ad ſuſcipiendum Ordinem annexum cugendi? III. 37. *col.* 1. & 2. *n.* 23. Epiſcopus diſpenſare poteſt cum Parocho quoad promotiuoem ad Sacerdotium; & pro quantu tempore? *ibid. col.* 2. *n.* 24. Privationis ipſo facto pœna locum non habet in Dignitatibus etiam cum cura. *ibid.* 36. *col.* 1. *n.* 15. Privilegia Univerſitatis Lovanienſis circa noo promotionem ad Ordines, eorumque uſus & reſtrictiu. *ibid. n.* 25. & 38. *col.* 1. Quid circa promotos ad Beneficia Curata, nondum Presbyteratu inſignitos in Sexto Decreta lium? IX. 541. *col.* 2. & 542. *col.* 1. Quid circa promuvendos ad eadem Beneficia cautum ſit in Declaratione Ludovici XV. Chriſtianiſſimi Galliarum Regis? *ibid.* 542. *in nota*. *En France il faut être Gradué, pour être Curé en une ville murée*. III. 752. *col.* 1.

Beneficia Patrimonialia quænam dicantur? III. 42. *col.* 1. *n.* 17. Quâ ratiune, & quo ordine conſanguinei Fundatoris ad ea præferantur? *ibid.* & *ſeqq.* Cenſentur odioſa, nec facile ſunt admittenda. *ibid. n.* 20. Conditio prælationis conſanguineorum quare ſit reſtringenda? *ibid. n.* 21. Epiſtola Clementis IV. de non promovendis ad Beneficia conſanguineis. VIII. 644. *col.* 2. Non requiritur Beneficiorum Patrimonialium publicatiu, dum vacaut, niſi in fundatione id exprimatur. III. 42. *col.* 2. ſub *n.* 21. Eccleſiæ Parochiales Patrimoniales quomodo ſubjectæ concurſui? III. 95. *col.* 2. *n.* 13. & 14. & 96. *col.* 1. *n.* 15.

Beneficium Theologale quid ſit? VIII. 389. *col.* 1. Vide, *Canonicus Theologus*.

Beneficia ſcientiam pro ſua qualitate requirunt. III. 39. *col.* 1. *n.* 1. Unde menſuranda ſcientiæ neceſſitas? *ibid. n.* 2. Nun exigua requiritur iu promovendis ad Dignitates Curatas. *ibid. n.* 3. Iu Gallia requiritur, ut Promovendus ad Beneficia ſit Regnicola. III. 41. *col.* 1. *n.* 13. *Addition aux preuves alleguées par Van-Eſpen*. III. 749. *col.* 2. Idem obtinet in Hiſpania & in Belgio. III. 41. *col.* 2. *n.* 14. & 749. *col.* 2. Qualitates ad Beneficia requiſitæ. *ibid.* 41. *col.* 1. ſub *n.* 12. & *col.* 2. *n.* 16. Neceſſitas vocationis ad Beneficia requiſita. *ibid.* 91. *col.* 2. *n.* 15. Beneficii cujuſcumque incapaces Bigami. VIII. 68. *col.* 1. Quam *odibile, abominabile, & deteſtabile* ſit miniſteria Eccleſiaſtica ad dirigendas & ſalvandas animas inſtituta, indignis committere? IX. 83. *col.* 1.

Beneficiorum pluralitas olim idem quod adſcriptiu in duabus Eccleſiis, quod erat vetitum. III. 43. *col.* 2. *n.* 1. & 44. *col.* 1. *n.* 2. Canunes quid de eo ſtatuant? *ibid. n.* 2. & *ſeqq.* Pluralitas Beneficiurum, quantumvis ſimplicium & tenuium, Jure communi vetita. *ibid. col.* 2. *n.* 6. & VII. 83. *col.* 1. Eadem pluralitas Jure civili reprobata. *ibid. col.* 1. Quid Synodus Nicæna II. decreverit contra pluralitatem Beneficiorum? VII. 473. *col.* 2. & 474. *col.* 1. Quomodu introducta pluralitas Beneficiorum? *ibid. col.* 1. Prætextu ioſufficientiæ pluralitatem Beneficiorum Canon Nicænus nou permittit. *ibid. col.* 2. Quid agendum ſit Clerico nou ſufficienter ex proventibus Eccleſiæ proviſo? *ibid. col.* 2. & VIII. 101. *col.* 2. & 102. *col.* 1. Pluralitatis Beneficiorum injuſtitia, abuſus; & quæ mala inde proveniant? III. 45. *col.* 2. *n.* 9. Per Beneficiorum pluralitatem defraudatur Fundatorum intentiu. *ibid. n.* 10. & 46. *col.* 1. Singula Officia ſingulis Beneficiis aoneza vetant uni plura conſerri. *ibid. col.* 1. *n.* 8. Juri naturali ſæpius repugnat Beneficiorum pluralitas. *ibid.* 46. *col.* 1. *n.* 11. Poteſt in certis circumſtantiis eſſe licita, & quæ ad hoc attendenda? *ibid. n.* 12. & 47. *col.* 1. *n.* 1. Quomodo & quibus prætextibus ſenſim invaluerit? III. 48. *col.* 1. *n.* 6. & 7. Quantum invaluerit tempore Concilii Tridentini etiam in Epiſcopatibus, & abuſus inde nati? *ibid.* 54. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Statuta ejuſdem Concilii adverſus hanc pluralitatem. *ibid.* & 55. *col.* 1. & 2. *n.* 4. 5. 6. & *ſeqq.* Hæc ſtatuta explicantur. *ibid. col.* 2. *n.* 9. & *ſeqq.*

Beneficiorum pluralitas orta ex mala interpretatione Decretorum Synodalium. III. 48. *col.* 1. *n.* 7. Quo ſenſu Synodus VII. unum duabus Eccleſiis præfici permiſerit? *ibid.* 47. *col.* 2. *n.* 2. Quantus pluralitatis Beneficiorum abuſus ſeculo XII. fuerit in Galliis? *ibid.* 48. *col.* 2. *n.* 8. Hinc acerrima inter Theologos Pariſienſes diſputatio. *ibid. n.* 9. Quid tunc definitum ſuerit? *ibid.* 49. *col.* 1. *n.* 10. Quid de pluralitate Beneficiurum Gregorius IX. ſenſerit; quid ſanctus Luduvicus; quid alii? *ibid. n.* 11. 12. & 13. Praxis multorum non cenſetur probata, quia diſſimulatur. *ibid. col.* 2. *n.* 16.

Beneficiorum pluralitas Decreto Concilii Lateranenſis reprobata. III. 49. *col.* 2. *n.* 18. & 50. *col.* 1. & VIII. 344. *col.* 1. & 2. Hoc Decretum abominando abuſui eztirpando non fuit ſufficiens. III. 50. *col.* 1. *n.* 19. Mali labes latius diffuſa per Diſpenſationes. *ibid. n.* 20. & 51. *col.* 1. Quid de Beneficiorum pluralitate in Gratiani Decreto? VIII. 202.

col.

Digitized by Google

col. 2. & 203. *col.* 1. & 2. Remedia contra pluralitatem Beneficiorum. VIII. 394. *col.* 1. Mira & nova exceptio. *ibid. col.* 2.

Beneficiorum pluralitati palliandæ ſubſervierunt Commendæ. III. 52. *col.* 1. *n.* 25. & 27. Aliud palliamentum ex Innocentii III. Regula petitum. *ibid. n.* 28.

Beneficiorum pluralitatem funditus eſſe tollendam judicarunt Patres Tridentini. III. 54. *col.* 2. *n.* 4. Abrogatio pluralitatis Beneficiorum in Concilio enixe petitur. *ibid. n.* 5. & 55. *col.* 1. Synodus Tridentina videtur tantum permittere *unicum* Beneficium ſimplex primo adjungi. *ibid.* 58. *col.* 1. *n.* 22. Quid præcipue attenderit in vetanda pluralitate Beneficiorum? *ibid. n.* 23. *Juſqu' où s' étend aujourd' hui l' abus de la pluralité des Bénéfices*. III. 750. *col.* 1. & 2.

Beneficia incompatibilia quænam dicantur? & variæ eorum ſpecies. III. 56. *col.* 1. *n.* 12. In quonam incompatibilitas fundetur? *ibid. n.* 13. & 14. & 59. *col.* 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Omnium maxima eſt in Beneficiis Curatis. *ibid. n.* 2. Incompatibilitas exſurgit ex reſidentia *præciſa*, non cauſativa; & utriuſque definitio. III. 56. *col.* 2. *n.* 15. Poſſeſſores Beneficiorum incompatibilium tenentur exhibere diſpenſationem; alioquin ipſa vacant. VIII. 545. *col.* 1. Nec ſe tueri poſſunt Regulâ de triennali poſſeſſore. *ibid.* Exhibens diſpenſationem evidenter ſufficientem, non moleſtandus. *ibid. col.* 2. Tenetur providere pluribus illis Eccleſiis, in quibus Beneficia iſta requirunt reſidentiam. *ibid.* In dubio recurrendum ad Sedem Apoſtolicam. *ibid.* Si in Belgio, deciſio debet fieri coram Judicibus ordinariis vel delegatis *in partibus*. *ibid.* Mens Principum Belgii videtur, ut non detur *Placitum* ſuper hujuſmodi diſpenſatione. *ibid. De quelle maniére la poſſeſſion des Bénéfices incompatibles s' eſt établie*. III. 750. *col.* 1. *ſur les lettres de non-reſidence*. ibid.

Vide, *Reſidentia*.

Beneficium ſufficiens quod ſit, cujuſque conſcientiæ reputandum relinquitur; & hìc frequens exceſſus. III. 57. *col.* 2. *n.* 20.

Beneficiorum incompatibilium diſtinctio primi & ſecundi generis, & illorum definitio. III. 59. *col.* 2. *n.* 3. Plura Beneficia conformia ſub eodem tecto incompatibilia *primi* generis. *ibid.* 60. *col.* 1. *n.* 4. Quæ ſint incompatibilia *ſecundi* generis? *ibid. n.* 7. Circa hanc diſtinctionem exponitur mens Concilii Tridentini. *ibid. col.* 2. *n.* 8.

Beneficia uniformia & difformia quænam dicantur? III. 58. *col.* 1. *n.* 24. & 60. *col.* 1. *n.* 4. & 6. An duo difformia in eadem Eccleſia ſint incompatibilia? *ibid.* 58. *col.* 1. *n.* 24. Quid requiratur, ut Beneficium vacet per aſſumptionem ſecundi incompatibilis? III. 61. *col.* 1. & 2. *n.* 10. & 11. In Gallia conceditur optio; & cautela quæ ibidem ſervatur adverſus fraudes. III. 61. *col.* 2. *n.* 13. & *ſeqq. Dans quel eſpace de tems ſe doit faire l' option*. III. 750. *col.* 1. Duo Canonicatus incompatibiles in eadem perſona. *ibid.* 62. *col.* 2. *n.* 18. *Il y a en France pluſieurs Egliſes où il n' eſt pas permis d' avoir un Canonicat & une Dignité tout enſemble*. III. 749. *col.* 2. & 750. *col.* 1.

Beneficiorum pluralitatem nulla Diſpenſatio licitam reddit, ni adſint circumſtantiæ, quæ inordinationes abſtergant. III. 63. *col.* 2. *n.* 1. Nulla diſpenſatio ſuper pluralitate Beneficiorum ſine cauſa, tuta eſt in foro poli. *ibid.* 64. *col.* 1. *n.* 5. & 6. An quis ſatisfaciat rejiciendo onus in Papam diſpenſantem? *ibid. col.* 2. *n.* 7. Petens diſpenſationem debet prævie examinare, an ſit juſta cauſa. *ibid. n.* 8. & 46. *col.* 1. *n.* 14. Quænam requirantur ut diſpenſatio ſuper pluralitates Beneficiorum ſit licita? In Gallia & Belgio nulla diſpenſatio admittitur ſuper pluralitate Beneficiorum Curatorum. III. 63. *col.* 2. *n.* 3. Huic conformis eſt praxis Belgii. *ibid. n.* 4. & 64. *col.* 1. Diſpenſatio reſervatur Pontifici, & unde id ortum? *ibid.* 65. *col.* 1. & 2. *n.* 11. Diſpenſandi auctoritas ad poſſidenda plura ſimul Beneficia, quandonam Summo Pontifici reſervata fuerit? III. 50. *col.* 2. *n.* 1. & 51. *col.* 1. Querela Joannis XXII. de exceſſu diſpenſationum; hujuſque Pontificis Decretum contra hunc abuſum. *ibid.* 51. *col.* 1. *n.* 22. & *col.* 2. *n.* 23. Requiritur in omni diſpenſatione cauſa; & qualis? *ibid.* 64. *col.* 2. *n.* 8. Diſpenſatio hæc eſt odioſa, & reſtringenda. *ibid.* 65. *col.* 2. *n.* 13. & 66. *col.* 1. Aliquando licita diſpenſatio. *ibid.* 65. *col.* 1. *n.* 9. Debet eſſe ſemper recta intentio, debentque utentes diſpenſatione eam ſæpe diſcutere. *ibid. n.* 10. Quænam exprimenda pro obtinenda diſpenſatione ſuper pluralitate Beneficiorum? *ibid.* 66. *col.* 1. ſub *n.* 13. Jus Ordinariorum circa examen diſpenſationum obtentarum ad quæ ſe extendat? *ibid.* 50. *col.* 1. & 2. *n.* 20. & 66. *col.* 1. & 2. *n.* 16. Quænam juxta Canoniſtas ſit Romani Pontificis intentio in diſpenſationibus ſuper pluralitate Beneficiorum? VIII. 394. *in nota*. Obtinens plura Beneficia non juvatur per Regulam de poſſeſſore triennali. III. 66. *col.* 2. *n.* 18. Quando ſuper diſpenſatione ab Ordinario conſulenda Sedes Apoſtolica? *ibid.* 67. *col.* 1. & 2. *n.* 20. Litteræ diſpen-

ſpenſationis ſuper pluralitate Beneficiorum in Belgio litteris *Placet* indigent. *ibid. col.* 2. *n.* 21. Hæc de re monitum ad Principes, quibus proponitur Sancti Ludovici Francorum Regis exemplum. III. 49. *col.* 2. *n.* 15. Conſuetudo hodie invaluit, ut ſine diſpenſatione retineatur Beneficium ſimplex cum alio ſufficiente; & unde id ortum? *ibid.* 57. *col.* 2. *n.* 21. In Supplica, quâ petitur Proviſio Apoſtolica de Beneficio, exponendum eſt Beneficium ante obtentum, ſub pœna nullitatis. III. 169. *col.* 2. *n.* 27.

Beneficiorum omnium plenariam diſpoſitionem quis primus Papæ adſcripſerit? III. 126. *col.* 1. *n.* 6. Quam pernicioſa fuerit Eccleſiæ ea Juriſperitorum perſuaſio, Pontificem eſſe dominum omnium Beneficiorum. I. 414. *col.* 1. & 2. *n.* 1. Circa quod tempus invaluerit hæc opinio? III. 120. *col.* 1. *n.* 12. Eam in Summo Pontifice poteſtatem agnoverunt Principes. *ibid. n.* 13. & 14. Unde nata ſit hæc opinio? VIII. 578. *col.* 2. & *ibid. in nota*. Eam ſibi vendicarunt Papæ ob imminentem ſibi Eccleſiarum omnium ſollicitudinem. III. 120. *col.* 1. *n.* 14. & 126. *col.* 2. *n.* 7. Declaratio Bonifacii VIII. quoad hanc Reſervationem. *ibid. col.* 2. *n.* 9. & 127. *col.* 1. Hodie reſtringitur ad vacationem per obitum. *ibid.* 127. *col.* 1. *n.* 10.

Beneficia in quo differant ab Officiis? IX. 523. *in nota*.

Beneficia quænam dicantur Electiva collativa, & quænam Electiva confirmativa? III. 77. *col.* 1. & 2. *n.* 5.

Beneficiorum fructus male percepti cuinam reſtitui debeant? I. 415. *col.* 1. *n.* 4. Quid de compoſitione ſuper fructus male perceptos in Componenda? *ibid.* 414. *col.* 2. *n.* 2. Quam praxim obſervent Galli in his reſtituendis. *ibid.* 415. *col.* 1. *n.* 5.

Beneficium Clerici in ſacris non conſtitutis, mox a contracto matrimonio, vacare cenſetur; ſecus olim. VIII. 64. *col.* 1. & 2.

Beneficii titulus confertur per collationem. III. 74. *col.* 1. *n.* 5. An ad Beneficium derelictum detur regreſſus? VIII. 190. *col.* 2.

Beneficia quænam dicantur proprie *electiva*? III. 77. *col.* 1. & 2. *n.* 5.

Beneficiorum devolutio fit cum qualitatibus & conditionibus primæ collationis. III. 88. *col.* 2. *n.* 17.

Vide, *Devolutio*.

Beneficiati omnes debent Officium *gratis* impendere ad ſenſum hujus Sententiæ: *Gratis accepiſtis, gratis date*. III. 447. *col.* 1. *n.* 6. Quomodo hæc præſtent, qui neceſſaria a populo accipiunt? *ibid. n.* 7. Non videtur ita gratis præſtare, qui dives patrimonio, ex proventibus Eccleſiaſticis ſua neceſſaria prætendit. *ibid. n.* 8. Certum tamen quod dives patrimonio poſſit habere Beneficium, & proventus Beneficio annexos recipere, eoſque tamquam debitos exigere. *ibid.* 446. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & V. 319. *col.* 1. & 2. §. 10. Debet vero reditus Eccleſiaſticos adminiſtrare, ut *pauperum* procurator. III. 448. *col.* 1. *n.* 14. Cenſet Auguſtinus bona Eccleſiaſtica eſſe pauperum, quando Miniſtri aliunde ſufficienter habent. *ibid.* 447. *col.* 2. *n.* 12. & 448. *col.* 1. Canones non permittunt Epiſcopis neceſſaria ex proventibus Eccleſiaſticis, niſi ſub conditione *ſi indigeant*. *ibid.* 448. *col.* 1. & 2. *n.* 15. & V. 314. *col.* 1. & 2. §. 5. & 315. *col.* 1. Solvuntur objectiones, quæ contra hanc diſciplinam formari poſſent. V. 320. *col.* 1. & 2. §. 11. & 321. *col.* 1. Unde nata ſit indigna de Beneficiis idea, quaſi primum ac principale in Beneficiis eſſet ipſum temporale? VIII. 643. *col.* 1. & 2. & 644. *col.* 1. Quam noxia ſit res Beneficia Eccleſiaſtica ob gloriam humanam, & commoda temporalia quærere? IX. 87. *col.* 1.

Vide, *Alimenta*, *Bona Eccleſiaſtica*.

Beneficia Eccleſiæ Anglicanæ Italis collata, & de hoc Anglorum querelæ in Concilio Lugdunenſi. VIII. 495. *col.* 1. & 2. & *ſeqq.*

Beneficiati, notanter Parochi, per inſtitutionem auctorizabilem conſequuntur jus exercendi functiones Beneficio annexas Jure proprio & ordinario. IX. 520. *col.* 2. §. 8. & 521. *col.* 1. & 2. & *ſeq.* Conſequuntur jus perpetuum ad functiones exercendas titulo annexas. *ibid.* & *ſeqq.*

Vide, *Inſtitutio*, *Collatio*, *Permutatio*, *Proviſio*, *Reſignatio*, *Reſervatio*, *Simonia*, *Surrogatio*, *Unio*, *Penſio*, *Gradus Academicus*, *Bona Eccleſiaſtica*.

BERENGARIUS.

Berengarius Frater Ordinis Minoritarum ſententiam Bizochii *de paupertate Chriſti* propugnat. VIII. 587. *col.* 1. Ab Inquiſitore ad Pontificem appellat. *ibid.* Pontifex detinet Berengarium. *ibid.*

BERTRANDUS DE AGUTIS.

Bertrandus de Agutis quis fuerit? VIII. 570. *col.* 1. Philippus Pulcher offert illi Pontificatum, prævie quaſdam promiſſiones exigens, quas Bertrandus jurejurando pollicetur. *ibid.* & *col.* 2. Eligitur in Pontificem, & nomen *Clementis V.* aſſumit. *ibid. col.* 2.

Vide, *Clemens V.*

Digitized by Google

BIBALIA.

Bibaliorum nomine quid veniat? III. 616. *in nota*. An in bonorum Eccleſiaſticorum elocatione liceat recipere *Bibalia*? *ibid.* 616. *col.* 1. ſub *n.* 12.

BIBLIOPOLÆ.

Bibliopolæ qualem fidei profeſſionem emittere teneantur? VIII. 617. *col.* 2. Juramentum præſtare debent de non imprimendis libris prohibitis. *ibid.* & 618. *col.* 1.

BIGAMIA, BIGAMUS.

Bigami prohibentur aſſumi ad Officium Cuſtodis. I. 52. *col.* 1. & 2. *n.* 2. Olim ipſis inhibitum baptizare in neceſſitate. II. 28. *col.* 2. *n.* 8. & 29. *col.* 1. Jam a tempore Apoſtoli Bigamia induxit irregularitatem; & in quo ea fundetur? II. 293. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* & 294. & *ſeqq. col.* 1. & 2.

Bigamus a Presbyteratu ac Diaconatu excluſus. VII. 332. *col.* 2. & VIII. 65. *col.* 2. & 67. *col.* 2. Presbyter aut Diaconus per ignorantiam Bigamiæ implicitus, jubetur per Synodum Trullanam a ſacro miniſterio ceſſare. VII. 333. *col.* 1. Bigami in poſterum a Sacerdotali catalogo excluſi. *ibid.*

Vide, *Irregularitas*.

Bigamia interpretativa, quænam ſit? II. 298. *col.* 1. *n.* 17. & 18. & VII. 333. *col.* 2.

Bigamia ſimilitudinaria habetur tranſgreſſio voti continentiæ. II. 300. *col.* 1. & 2. *n.* 31.

Bigamis ſeu nuptias iterantibus pœnitentia olim impoſita; & quare? II. 294. *col.* 1. *n.* 4. & 460. *col.* 1. *n.* 16. & VI. 476. *col.* 1. & 531. *col.* 1. & 2. & 532. *col.* 1. Non tamen ideo ſecundæ nuptiæ habitæ fuerunt ut illicitæ. *ibid.* & 458. *col.* 1. & 2. *n.* 2. & *ſeqq.* Quo ſenſu iterantes nuptias a Patribus reprehenſi? II. 460. *col.* 1. *n.* 15. Presbytero inhibitum ſecundis nuptiis intereſſe. II. 460. *col.* 1. & 2. *n.* 17. & VI. 476. *col.* 1. Prohibentur a Sacerdote benedici. II. 460. *col.* 2. *n.* 18.

Bigamus an ſit cenſendus, qui duas uxores habuit, unam ante, alteram poſt baptiſmum? VIII. 59. *col.* 2. & 60. *col.* 1. & 254. *col.* 2. Variæ de ea re Patrum ſententiæ. VIII. 60. *col.* 1. Græcorum diſciplina circa irregularitatem ex Bigamia. VIII. 65. *col.* 2. & 67. *col.* 2. Bigami omnes Beneficii ſunt incapaces. VIII. 68. *col.* 1.

Bigamia vetita omnibus Clericis. VIII. 98. *col.* 1. Bigami privilegio Clericali nudantur. VIII. 543. *col.* 2. Præcipue privilegio Fori. *ibid.* 544. *col.* 1. Inhibetur Bigamis habitus Clericalis. *ibid.*

Vide, *Matrimonium*, *Nuptiæ*, *Vidua*.

La Bigamie *entendue d'un homme qui a en même tems deux femmes, ou d'une femme qui a en même tems deux maris, eſt un empêchement diriment.* II. 559. col. 1. & 2. *Moyens de ſe pourvoir contre cette ſorte de mariage.* ibid. *Précautions que doivent prendre les Curés pour empêcher la Bigamie & pour leur ſûreté.* ibid. *De quelle peine on flettrit aujourd'hui cette Bigamie.* ibid. col. 2.

BIRETTA.

Biretta coccinea, Cardinalium inſigne. I. 365. *col.* 1. *n.* 23. Nulli præter Cardinales hanc ferre licet. *ibid.*

BIZOCHIUS.

Bizochius ſive *Beguinus* accuſatur, quod doceret *Chriſtum & Apoſtolos nil jure proprietatis in communi poſſediſſe.* VIII. 586. *col.* 2. Hæc quæſtio acriter agitata. *ibid.* & 587. *col.* 1. & 2. & *ſeqq.*

BLASPHEMIA.

Blaſphemia quid ſit, & quænam eo nomine veniant? IV. 159. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & 3. & *ſeqq.* Hujus criminis atrocitas. IV. 160. *col.* 1. *n.* 6. Conſtitutio Gregorii IX. in Blaſphemos contra Deum & Sanctos. *ibid.* 159. *col.* 2. *n.* 4. Pœna Blaſphemiæ ex Capitularibus Regum Francorum. *ibid.* 160. *col.* 1. *n.* 5. Pœnæ decretæ per Canones, Leges, Edicta Hiſpanica, Gallica, & Belgica adverſus Blaſphemos. *ibid.* *n.* 7. & *ſeqq.* Item Statuta Synodalia. IV. 162. *col.* 2. *n.* 14. Ob defectum religionis & juſtitiæ, hoc crimen mitius punitur. IV. 160. *col.* 2. *n.* 9. An conſuetudo efficere poſſit, ut aliquid non cenſeatur Blaſphemia? IV. 162. *col.* 2. *n.* 15. Cujus Fori ſit hoc crimen? *ibid.* *n.* 6. *Ordonnance qui punit le blaſphême de peine pécuniaire, dont l'exécution appartient au Juge laïc.* IV. 514. col. 2.

Blaſphemiæ affinis eſt conſuetudo jurandi & pejerandi inter ſermocinandum. IV. 163. *col.* 1. *n.* 20. Media, quibus ea conſuetudo abolenda. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 22.

BONA ECCLESIASTICA.

Bona Eccleſiæ olim per Epiſcopum, Œconomum, vel Archidiaconum adminiſtrabantur, & Clericis ſingulis menſibus pro neceſſitate diſtribuebantur. III. 2. *col.* 2. *n.* 4. & 5. & 608. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Quâ ratione bonorum Eccleſiæ diſpenſatio Clericis com-

committi cœperit ? III. 3. *col.* 1. *n.* 8. Primum eis concredita, vitâ eorum durante. *ibid. n.* 9. Tantum illis, qui operam Eccleſiæ impenderent. *ibid. n.* 10. Quomodo Titulis portio annexa fuerit? *ibid. col.* 2. *n.* 11. Unde factum, ut quilibet poſtea partem ſuam ad ſe retraxerit, & inde origo Beneficiorum? *ibid. n.* 12. & 609. *col.* 2. *n.* 14. & *ſeqq.*

Bona Eccleſiæ manſerunt ſemper ejuſdem naturæ; & ſpiritus Eccleſiæ circa eas immutatus. III. 4. *col.* 1. *n.* 16. & 5. *col.* 2. *n.* 27. & VIII. 162. *col.* 1. Beneficiati horum bonorum non ſunt domini. VI. 528. *col.* 1. & 2. & *ibid. in nota.*

Bona & reditus Eccleſiæ, quæ Clericis conceduntur, cur vocentur *Peculium*; natura Peculii, & quæ ſub hoc nomine comprehendantur? III. 422. & *ſeqq. col.* 2. *n.* 2. & *ſeqq.*
Vide, *Peculium*.

Bona Eccleſiæ debentur Miniſtris jure naturæ, titulo alimentorum. III. 2. & 3. *col.* 1. & 2. *n.* 1. 2. & *ſeqq.* & 428. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Ita dantur ratione ſtipendii, ut juſte illa non accipiant niſi veri operarii. *ibid.* 429. *col.* 1. *n.* 8. 9. & *ſeqq.* & VI. 37. *col.* 1. & 2. & *ſeq.* Id verificatur etiam quoad Canonicos. III. 430. *col.* 1. *n.* 14. Dictum illud, Beneficium datur propter officium, inepte applicatur recitationi Horarum Canonicarum. *ibid. col.* 2. *n.* 19. & VI. 37. *col.* 2. Quare hoc gloſſema licet ineptiſſimum, vulgo receptum videatur? III. 430. *col.* 2. *n.* 20. Quomodo Miniſtri ſua alimenta accipere debeant; & an recte dicantur merces operæ impenſæ? *ibid.* 431. *col.* 1. *n.* 21. Nec Canonici, nec alii Beneficiati juſte ab Eccleſia ſtipendia accipiunt, niſi ſint operarii. *ibid. n.* 22. Clerici non poſſunt evangelizare, præciſe ut manducent. III. 432. *col.* 1. *n.* 26. Signa ex quibus deprehenditur, an quis *evangelizet ut manducet*? *ibid. n.* 27. & V. 312. 313. *col.* 1. & 2. §. 4.

Bona Eccleſiæ vocantur vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonium Pauperum, & ejus ratio. III. 433. *col.* 1. *n.* 1. Quare frequentius vocentur patrimonium pauperum? *ibid. col.* 2. *n.* 7. Res Eccleſiæ dicuntur patrimonium Chriſti & Pauperum. *ibid.* 434. *col.* 1. *n.* 11. Necatores Pauperum vocantur Epiſcopi & alii, qui bona Eccleſiæ diripiunt aut fraudant. *ibid. col.* 2. *n.* 14. & 15. & 435. *col.* 1. Unanimis & Canonum & Patrum ſententia, bona Eccleſiæ etiam ad pauperes ſpectare. III. 435. *col.* 1. *n.* 18. Ex bonis Eccleſiæ Clerici accipere non poſſunt, niſi neceſſaria. III. 438. *col.* 1. *n.* 3. & 4. Conſanguineis dari non poſſunt, niſi pauperibus. *ibid. n.* 2. Canones, qui vulgo Apoſtolorum dicuntur, tantum permittunt Epiſcopo, ut de bonis Eccleſiæ ſumat ad ſuas *neceſſitates*. *ibid. n.* 3. Chriſtus voluit operarium Evangelicum neceſſariis eſſe contentum. *ibid. col.* 2. *n.* 5. Quam frugaliter iis uti teneantur, etiam Cardinales & Epiſcopi; & prætextus in contrarium diſcutiuntur & refutantur. III. 438. *col.* 2. *n.* 6. & 7. & 439. *col.* 1. *n.* 8. 9. & 10. Decretum Concilii Tridentini adverſus luxum Prælatorum. *ibid. n.* 11. & 12. Decretum Synodi Toletanæ contra ſuperfluas epulas Epiſcoporum. III. 441. *col.* 1. *n.* 19. In pauperes & uſus pios expendenda, quæ ex rebus Eccleſiaſticis habentur ultra honeſtam ſuſtentationem. *ibid. n.* 20. Deplorabat Sanctus Bernardus, hæc a Prælatis Eccleſiæ non attendi. *ibid. n.* 21. Moderatio circa uſum bonorum Eccleſiæ, ab omnibus, ſed a Prælatis Regularibus ſpecialiter tenenda. III. 445. *col.* 1. *n.* 35.

Bona & fructus Beneficii Clericus dives poteſt accipere & jure exigere. III. 446. *col.* 1. *n.* 1. & *col.* 2. *n.* 2. & *ſeqq.* Non poteſt tamen, reſervatis patrimonialibus, ex bonis Eccleſiæ vivere. *ibid.* 447. *col.* 1. *n.* 8. & *ſeqq.* & IV. 448. *col.* 1. *n.* 22. & V. 314. *col.* 1. & 2. & *ſeq.* §. 5. Ex Epiſtola Benedicti III. tamquam indubitatum aſſumitur, Clericos divites non poſſe de proventibus Eccleſiaſticis vivere. IV. 448. *col.* 1. & 2. *n.* 23. Qui divites de Eccleſiæ bonis poſſint accipere; & qui non? VIII. 116. *col.* 1. Eccleſiaſtici, qui proventus Eccleſiæ in luxum menſarum aut alias vanitates convertunt, non ſcandali ſolum, ſed furti, imo *ſacrilegii* unanimi Patrum judicio condemnantur. V. 304. *col.* 2. & 305. *col.* 1. & 2. & *ſeq.* §. 9. Vide, *Luxus*.

Bona Eccleſiæ olim erant communia exemplo Chriſti, & diſtribuebantur inter Miniſtros & Pauperes. III. 452. *col.* 1. *n.* 4. Quandonam prima diviſio in quatuor partes ſtabilita? *ibid. col.* 2. *n.* 8. & VIII. 162. *col.* 1. Quâ proportione hæc diviſio facta. III. 453. *col.* 1. *n.* 10. & *ſeqq.* Quâ proportione & cujus judicio pars Clericorum inter Clericos, item pars Pauperum inter Pauperes diſpenſabatur. *ibid. col.* 2. *n.* 13. Per hanc diviſionem natura bonorum Eccleſiæ non eſt mutata. III. 449. *col.* 1. *n.* 10. & 454. *col.* 1. *n.* 16. & *col.* 2. *n.* 21. & V. 315. *col.* 2. §. 6. & 316. *col.* 1. & 2. Scopus hujus diviſionis. III. 454. *col.* 1. *n.* 14. Poſt eam diviſionem monuerunt Concilia, bona diſpenſanda juxta normam Apoſtolorum. *ibid. n.* 17. Probatur auctoritate Gratiani; quod

etiam ſeculo duodecimo eadem fuerit mens Eccleſiæ circa diſpenſationem proventuum Eccleſiaſticorum . V. 317. *col.* 1. & 2. §. 7. Sententia Dionyſii Carthuſiani circa diſpenſationem bonorum Eccleſiaſticorum . *ibid. col.* 2. §. 8. & 318. *col.* 1. Ex ſententiis Concilii Tridentini illicitum eſt, ut Beneficiati vivant ex reditibus Eccleſiæ, & proventus patrimoniales relinquant cònſanguineis divitibus . *ibid.* 318. *col.* 2. §. 9. Ex eo quod Beneficiati non poſſint, reſervato patrimonio, proventus Eccleſiaſticos in ſuos uſus convertere, nullatenus ſequitur quod Clericis divitibus Beneficia conſerri non poſſint . *ibid.* 319. *col.* 1. & 2. §. 10. & 320. *col.* 1.

Bonorum Eccleſiæ alia diviſio per erectionem Beneficiorum ; item inter Epiſcopum & Capitulum, & Canonicos inter ſe . III. 454. *col.* 2. *n.* 18. & 19. Hæc diviſio, diſſimulante potius quam probante Eccleſiâ, facta eſt . *ibid. n.* 20. Nec per hanc diviſionem natura Bonorum Eccleſiæ fuit mutata . *ibid. n.* 21. Idem modus loquendi habetur in Canonibus poſt diviſionem, qui fuit ante illam . *ibid. n.* 22. Per diviſionem factam inter Canonicos portio pauperum & Fabricæ periclitari cœpit . *ibid.* 455. *col.* 1. *n.* 23. Ex bonis Eccleſiæ primum providendum neceſſitatibus Miniſtrorum . *ibid. col.* 2. *n.* 26. Clerici non niſi frugaliter eis uti poſſunt , & reliquum in pios uſus erogare tenentur. III. 440. *col.* 2. *n.* 17. & *ſeqq.* & 441. *col.* 1. & 2. & 455. *col.* 2. *n.* 28. Quomodo ſemper idem fuerit Eccleſiæ ſenſus quoad uſum bonorum Eccleſiaſticorum ? III. 455. *col.* 2. *n.* 29.

Bonorum Eccleſiaſticorum diſpenſatio , juxta Canones vulgo Apoſtolorum , Epiſcopo concredenda . VI. 369. *col.* 1. & 2. Quid circa hanc diſpenſationem in Synodo Gangrenſi ? VI. 489. *col.* 1. Quid circa eamdem in Concilio Antiocheno ? 527. *col.* 2. & 528. *col.* 1. & 2. & 529. *col.* 1.

Bonorum Eccleſiaſticorum adminiſtratio ab initio Eccleſiæ etiam poſt diviſionem fuit penes Epiſcopum, Archidiaconum, vel Œconomum . III. 608. *col.* 1. *n.* 1. & *ſeqq.* Nonnulli Epiſcopi hâc auctoritate abutebantur . *ibid. n.* 3. Voluerunt Synodi Eccleſiis Parochialibus provideri . *ibid. n.* 4. Seculo VI. cœperunt aliquæ obventiones Eccleſiis Parochialibus aſſignari . *ibid. col.* 2. *n.* 5. Poſt erectionem Beneficiorum primaria Superintendentia competiit Epiſcopo . III. 608. *col.* 2. *n.* 7. Varia hujus Superintendentiæ argumenta . *ibid.* 609. *col.* 1. & 2. *n.* 8. & *ſeqq.* Decreta Synodorum Belgii pro conſervatione bonorum . *ibid. n.* 10. Epiſcopi ſolliciti eſſe debent, ne per curam temporalem avocentur a miniſterio ſpirituali . *ibid.* 610. *col.* 1. *n.* 15. Res Eccleſiæ diſpenſare poteſt Epiſcopus, non pro arbitrio diſtrahere . VIII. 149. *col.* 2. Quomodo bona Eccleſiæ diſpenſare debeat ? *ibid.* Bonorum Eccleſiaſticorum eſt diſpenſator , non dominus . VIII. 162. *col.* 2.

Bonorum Eccleſiaſticorum in Principes vel Magiſtratus indebita translatio a Concilio Nicæno II. declaratur irrita . VII. 469. *col.* 2. Pœna in bonorum Eccleſiaſticorum diſſipatores decreta . *ibid.* 470. *col.* 1. & 2. In Regno Galliæ prohibitum viris nobilibus , & iis qui judiciario munere funguntur, ne prædia aliaque bona Eccleſiaſtica conducant . *ibid. in nota* .

Bona Eccleſiæ, quin & ipſas Eccleſias olim ſibi attribuebant Laici . III. 534. *col.* 2. *n.* 1. Quo primum tempore hoc fieri cœperit ? VI. 100. *col.* 1. & 2. & 101. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Ut poſſent ſibi temporalia retinere , & aliis curam ſpiritualem demandare , Epiſcoporum conſenſum adhibebant , mediante aliquo cenſu . III. 535. *col.* 1. *n.* 5. Qualis hic cenſus fuerit ? *ibid. n.* 6. & 502. *col.* 1. *n.* 23. Improbatur . *ibid. n.* 24. & 535. *n.* 7.

Vide , *Paſtor primitivus* , *Vicarius perpetuus.*

Bona vere Eccleſiaſtica a laica Juriſdictione quomodo exempta ? IV. 48. *col.* 2. *n.* 1. Jure communi cauſæ ſuper bonis Eccleſiaſticis ſpectant ad Judicem Eccleſiaſticum . *ibid. n.* 2. Quid eo loci per *Jus commune* intelligendum ? *ibid. in nota* . An res temporales ad Eccleſiam ſpectantes, a Laicorum diſpoſitione, ſive minus Superintendentiâ , omnino fuerint aut ſint immunes ? VIII. 149. *col.* 1. Non ſubmittenda bona Eccleſiarum Laicis abſque conſenſu Capituli & ſanctæ Sedis licentiâ ſpeciali . VIII. 547. *col.* 2. Pœnæ in contravenientes . *ibid.* 548. *col.* 1. Hoc non intelligendum de Juribus, quæ agris, fundiſque Eccleſiarum erant impoſita , antequam ad Eccleſiam pervenirent . *ibid. col.* 1. Quare hodie bona Eccleſiæ *amortizata* præſumantur ? IV. 49. *col.* 1. & 2. *n.* 5. Pœna adverſus invaſores bonorum Eccleſiæ . VIII. 183. *col.* 2.

Vide, *Amortizatio*, *Forum competens*.

Bona Eccleſiæ , an in præbendas diſtribui poſſint ? VIII. 162. *col.* 1. An valide a Clericis diſtrahi poſſint ? *ibid. col.* 2. Quâ pœnâ puniendi injuſti bonorum Eccleſiaſticorum invaſores ? *ibid.* 163. *col.* 1. Res Eccleſiæ licite impenduntur in redemptionem captivorum . *ibid. col.* 2. Quibus caſibus poſſit Epiſcopus bona Eccleſiæ ſine conſilio fratrum diſtrahere ? VIII. 165. *col.* 2.

Bona Eccleſiaſtica inter & ſecularia diſcrimen.

Digitized by Google

men. VIII. 166. *col.* 2. Quandonam bona Clerico data, cenſeri debeant Eccleſiaſtica? *ibid.* Ad quem pertineant bona a Clericis acquiſita? *ibid.* Cui cedere debeant bona Clericorum pœnitentiæ causâ Monaſterio incluſorum? VIII. 188. *col.* 1. & 2.

Bona Eccleſiæ ſine Judicis auctoritate repeti non poſſunt. VIII. 187. *col.* 2. & 188. *col.* 1. Causâ cadere debet, qui id ſine Judicis auctoritate attentat. *ibid.* Id tamen ſoli Prælato, non Eccleſiæ nocere debet. *ibid.* Bona & Decimæ unius Eccleſiæ ſine Epiſcopi conſenſu alteri dari non poſſunt. VIII. 183. *col.* 1.

Vide, *Alienatio*, *Beneficium*, *Decimæ*, *Elocatio*, *Fundatio*, *Succeſſio*, *Teſtamentum*.

BONA FIDES.

Bona fides neceſſaria in præſcriptione. VIII. 415. *col.* 2.

BONAGRÀTIA DE BERGAMO.

Bonagratia de Bergamo Frater Ordinis Minoritarum ad Curiam Romanam deputatur. VIII. 588. *col.* 2. Appellat ab Extravagante *Ad Conditorem*. *ibid.* 590. *col.* 2.

Vide, *Ordo Fratrum Minorum*.

BONAVENTURA (S.)

Bonaventuræ (S.) Albanenſis Epiſcopi obitus. VIII. 519. *col.* 1.

BONIFACIUS VIII.

Bonifacium VIII. inter & Philippum Pulchrum Regem Galliæ acris contentio ſuper Jure Regaliæ in conſerendis Beneficiis. III. 238. *col.* 2. *n.* 6. & VIII. 462. *col.* 1. & 2. §. 3. & 463. & *ſeqq.* Comes Flandriæ Guido a Rege Philippo incarceratus ad Bonifacium appellat. *ibid.* 463. *col.* 1. Occaſione ſubventionis, quam Philippus poſtularat a Clero, Bonifacius edit Conſtitutionem, *Clericis Laicos*. *ibid.* *col.* 2. In hac Conſtitutione ſub pœna excommunicationis *ipſo facto* incurrendæ, vetat etiam ſponte aliquid a Clericis contribui ſine licentia Sedis Apoſtolicæ. III. 596. *col.* 2. *n.* 32. & VIII. 463. *col.* 2. cum derogatione omnium Privilegiorum etiam Regibus indultorum. III. 597. *col.* 1. *n.* 33. Pontifex jubet hanc Conſtitutionem in Galliis promulgari. VIII. 464. *col.* 1. Multum contra hanc Conſtitutionem exulceratus fuit animus Philippi Pulchri Regis Galliæ. III. 597. *col.* 1. *n.* 34. Rex vetat pecuniam extra Regnum aſportari. VIII. 464. *col.* 2. Bonifacii ſuper hoc acerbæ ad Philippum litteræ. *ibid.* Suam Conſtitutionem tuetur Bonifacius. *ibid.* 465. *col.* 1. Prætendit judicare de actionibus Principum ratione peccati. *ibid.* *col.* 2. Manifeſtum Regis ſuper Edicto ſuo de non aſportandis pecuniis extra Regnum. *ibid.* 466. *col.* 1. Bonifacius jubet in Galliis collectam fieri pro Terra-Sancta. VIII. 467. *col.* 1. Et treugas continuari inter Reges Angliæ, Galliæ, & Romanorum. *ibid.* Prælati quidam ſupplicant Pontifici, ut clementius agat. *ibid.* *col.* 2. Bonifacius interpretatur Conſtitutionem *Clericis Laicos*. *ibid.* Bonifacius mentem ſuam exponit, atque a nonnullis ſuam Decretalem maligne interpretatam aſſerit. III. 597. *col.* 2. *n.* 35. & VIII. 468. *col.* 1. Declarat ſuam Decretalem ad caſum neceſſitatis, quæ Regis conſcientiæ committitur, non extendi. III. 598. *col.* 1. *n.* 36. & VIII. 468. *col.* 1. & 2. Hâc Declaratione inniti dicitur Privilegium Regis Galliæ recipiendi *ſubſidium* a Clero ſine licentia Pontificis. III. 598. *col.* 2. *n.* 37. Decretalis Bonifacii mitigata a Benedicto XI. & a Clemente V. revocata. *ibid.* *n.* 38. & VIII. 468. *col.* 2. & *ibid.* 571. *col.* 1.

Bonifacius VIII. ægre fert Columnenſes ſibi exoſos a Philippo Pulchro Franciæ Rege ſuſceptos eſſe. VIII. 469. *col.* 1. §. 4. Fert Sententiam ſuper diſſidio inter Philippum & Guidonem Flandriæ Comitem, Regemque Angliæ. *ibid.* Philippi iram declinare conatur indictione Belli ſacri. *ibid.* *col.* 2. Jubet Epiſcopum Apamienſem juſſu Regis incarceratum libertati reddi. *ibid.* 470. *col.* 1. & 2. Bulla Bonifacii *Auſculta, Fili*, quâ ſe conſtitutum ſuper *Reges & Regna* pronuntiat. *ibid.* *col.* 2. Variæ Bonifacii querelæ contra Philippum. *ibid.* Perſonaliter citat Pontifex Epiſcopos Galliæ, & S. Th. Magiſtros. *ibid.* 471. *col.* 1. Litteræ Bonifacii ad Philippum de ſuperioritate ſua in temporalibus. *ibid.* *col.* 2. Epiſtola Philippi reſponſoria ad Bonifacium. 473. *col.* 2. Pontifex invehitur in Conventum Ordinum Regni Galliæ a Philippo congregatum. VIII. 474. *col.* 1. Conſiſtorium Cardinalium pro ſuperioritate Papæ in temporalibus. *ibid.* *col.* 2. Bonifacius pergit citare Epiſcopos Galliæ. *ibid.* 475. *col.* 1. Bulla *Unam ſanctam*. *ibid.* *col.* 2. & 476. *col.* 1. Rex prohibet, ne quis Regno ſuo egrediatur. *ibid.* Pontifex denuo citat Epiſcopos Galliæ ſub pœna depoſitionis. *ibid.* *col.* 2. Jubet XII. articulos Regi proponi. *ibid.* & 477. *col.* 1. Rex ad ſingulos reſpondet articulos. *ibid.* *col.* 2. & 478. *col.* 1. & 2. & *ſeqq.* Bonifacius Regem denuntiat, & ab omnibus haberi vult excommunicatum. *ibid.* 479. *col.* 2. Accuſatur Bonifacius ut hæreticus in Conventu Gallica-

Digitized by Google

licano . VIII. 480. *col.* 1. & 2. Guillelmus de Pleſſiaco appellat ad Concilium generale. *ibid.* 481. *col.* 1. Appellationi conſentiunt Prælati , ipſique appellant . *ibid.* Clerus & Magiſtratus appellationi adhærent . *ibid. col.* 2. Contra iſthæc, Bulla Bonifacii . *ibid.* 482. *col.* 1. Declarat valituras quarumcumque perſonarum citationes affixas majori Eccleſiæ , ubi erit Curia Romana . *ibid.* Suſpendit omnes Doctores Theologiæ & Juris a collatione graduum . *ibid. col.* 2. Bulla, in qua declarat omnes Regis proviſiones eſſe nullas . *ibid.* Vaſſallos Regis & Confœderatos a juramento fidelitatis abſolvit . *ibid.* 483. *col.* 1. Captura & obitus Bonifacii . *ibid.*

Bonifacius VIII. poſt mortem a Philippo Pulchro graviſſimis accuſationibus impetitur. VIII. 572. *col.* 1. Quid circa hanc cauſam in Concilio Viennenſi actum ſit ? *ibid.* 573. *col.* 1. & 2. Quædam Bonifacii Bullæ irritantur . *ibid.* 571. *col.* 1. & 2. & 575. *col.* 1. De perſona Bonifacii in Concilio Viennenſi judicatum . *ibid. col.* 2. Bonifacius declaratur Catholicus . *ibid.* Cur de ſolo crimine hæreſeos contra Bonifacium inquiſitum fuerit & judicatum ? *ibid.* & 576. *col.* 1.

Vide , *Philippus Pulcher* , *Clemens V. Concilium Viennenſe* .

BRABANTIA .

Brabantia Imperatorem pro Superiore non agnoſcit . I. 158. *col.* 1. *n.* 14. Non comprehenditur Concordatis Germaniæ . *ibid. col.* 2. *n.* 15. Excepto Trajecto ad Moſam & Nivellis, & hujus exceptionis ratio . *ibid. col.* 1. *n.* 14. Prælati , qui ſunt de Statibus Brabantiæ , active & paſſive ſtant Juri coram Senatu Brabantiæ . I. 302. *col.* 1. *n.* 13. & IV. 33. *col.* 2. *n.* 33. Hoc non intelligitur quoad functiones factas . IV. 34. *col.* 1. *n.* 35. Dux Brabantiæ eſt Advocatus omnium Eccleſiarum ſui Ducatus . III. 184. *col.* 2. *n.* 34.

Vide, *Advocatia* .

Brabantiæ Clerus eſt Corpus diſtinctum a Statibus , & ſub eorum conſenſu non comprehenditur . III. 601. *col.* 2. *n.* 52. & *ſeqq.*

Vide, *Subſidium* .

Brabantorum ſpeciale Privilegium , quod extra Brabantiam nullo prætextu & in nulla inſtantia evocari poſſint . IV. 185. *col.* 1. *n.* 16. & *ſeqq.* Pœna capitalis decernitur in eos, qui aliquid contra attentarent . IV. 184. *col.* 2. *n.* 14. Epiſcopi extra Brabantiam reſidentes habent Tribunalia in Brabantia , coram quibus citantur incolæ Brabantiæ . IV. 185. *col.* 2. *n.* 17. Sententiæ Senatus Brabantiæ ad hoc pertinentes . *ibid.* 481. & *ſeqq. col.* 1. & 2. & 492. *col.* 1. & 2.

Vide, *Belgium* .

BREPHOTROPHIA .

Brephotrophia quid ſint ? III. 632. *col.* 2. *n.* 4. Quid in Brephotrophiis maxime attendendum ? III. 669. *col.* 2. *n.* 35.

BREVE.

Breve Apoſtolicum quid ſit ? I. 421. *col.* 2. *n.* 4. Quid Annulus Piſcatoris , quo Breve ſignatur ? *ibid. n.* 5. Quænam ſint differentiæ inter Bullas & Brevia ? *ibid.* 422. *col.* 1. *n.* 8. Quænam negotia per Breve expediri ſoleant ? *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 12. Quibus formulis expediantur Brevia in Curia Romana? *ibid. n.* 13. Hæ formulæ nec ſeculo XIII. notæ . *ibid.* Cautio quæ adhibetur, ne Brevia falſificentur. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 14. Quantâ curâ Minutæ eorum ſerventur ? *ibid.* 423. *col.* 2. *n.* 25. Quid Secretarius Brevium ? I. 421. *col.* 2. *n.* 3.

Vide, *Bulla* .

BREVIARIUM.

Breviariorum cura ſicut & aliorum librorum ad Officium divinum pertinentium ſpectat ad Epiſcopos . I. 265. *col.* 1. & 2. *n.* 23. & V. 386. *col.* 1. & 2. & 387. *col.* 1. In Galliis Epiſcopus non poteſt ſine conſenſu Capituli Cathedralis, ac ſine litteris Regiis , vetus Breviarii Officium mutare. V. 387. *col.* 1. & *ibid. in nota.*

Breviarium Aurelianenſe correctum & editum auctoritate Epiſcopi Aurelianenſis ; quæ in ejus correctione ſervata ? I. 265. *col.* 2. *n.* 24.

Breviarium Romanum , Eccleſiæ, quæ non receperunt , auctoritatem retinuerunt revidendi & mutandi Breviaria ; aliæ ſecus . I. 266. *col.* 2. *n.* 27. & 267. *col.* 1. & 2. & 400. *col.* 2. *n.* 21. Eccleſiæ vero, quæ illud receperunt, nihil mutare poſſunt ſine approbatione Sedis Apoſtolicæ . I. 400. *col.* 2. *n.* 20. Pius V. vetuit aliquid immutari , inconſultâ Sede Apoſtolicâ . *ibid. col.* 1. *n.* 19. Plurima tamen in Breviario Romano reperiuntur apocrypha. *ibid. col.* 2. *n.* 22. Optandum , ut Breviarii Romani nova fieret correctio . I. 266. *col.* 1. ſub *n.* 23. Inſtitit Curia Romana , ut Eccleſia Pariſienſis proprium Officii Divini ritum abjiceret , eique Romanum ſubſtitueret . *ibid. col.* 2. *n.* 27. Hac de re Reſolutio Capituli Pariſienſis . *ibid.* Quis verus finis particularium Breviariorum abrogationis , eorumque in locum inductionis Breviarii Romani ? *ibid.* Rationes Sacræ Theologiæ Pariſienſis contra

quo-

quorumdam propoſitiones, qui Breviarium ſecundum correctionem Concilii Tridentini introducere cupiebant, antiquo uſu Breviarii Eccleſiæ Pariſienſis penitus abrogato. I. 693. *col.* 1. & 2. & 694. 695. *col.* 1. & 2. *Arrêt de la Cour donné en l'audience, ſur l'appel d'abus du changement du Breviaire d'Anjou, ordonné par l'Evêque d'Angers en l'Egliſe de la Trinité audit Angers, de l'injonction par lui faite d'uſer de celui du Concile de Trente.* I. 696. & ſeq. col. 1. & 2.

Breviarium Romanum a pluribus Rom. Pontificibus emendatum & evulgatum. V. 387. *col.* 2. §. 2. & 388. & *ſeqq.* Non obſtante diligenti ſub Urbano factâ hiſtoriarum atque homiliarum, quæ Breviario Romano continebantur, diſcuſſione & inquiſitione, poſt iteratam de factis aut hiſtoriis illis diſcuſſionem, plurima reperiuntur adhuc in illo Breviario apocrypha, aut ut minus de falſitate admodum ſuſpecta, quorum exhibentur exempla. V. 389. *col.* 1. & 2. & 390. *col.* 1.

Breviarium Cluniacenſe, & quæ in ultima ejus recognitione ſervata? I. 621. *col.* 2. *n.* 5. & 6.

BROMON.

Bromon quid videatur fuiſſe? VII. 387. *in nota.* Vide, *Bruma*.

BRUMA SEU BRUMALIA.

Bruma, *Brumalia* ſeu *Broma*, feſtum Gentilium, quodnam fuerit? VII. 387. *col.* 1. & 2. Quid Canonibus ſtatutum contra hanc feſtivitatem? *ibid. col.* 1. & VIII. 246. *col.* 1.

BULLA.

Bullæ expediuntur per Cancellariam. I. 407. *col.* 2. *n.* 14. Quomodo? *ibid.* Quid Bulla juxta ſtylum Curiæ Romanæ? I. 421. *col.* 2. *n.* 6. Quandonam Pontifices cœperint litteras plumbo obſignare? *ibid. n.* 7. Bullæ gratioſæ obſignantur plumbo pendente ex cordis ſericeis, Bullæ juſtitiæ cordis ex filo cannabis. *ibid.* 422. *col.* 1. *n.* 8. Differentiæ inter Bullam & Breve. *ibid. n.* 9. Forma litterarum nulla ſpecialis olim in Curia Romana. *ibid. col.* 2. *n.* 13. Quandonam diverſa forma invaleſcere cœperit? *ibid. col.* 1. *n.* 11. Quænam negotia per Bullam expediri debeant? *ibid. n.* 12. Et quæ per Brevia. *ibid. col.* 2. *n.* 14.

Bulla non requiritur ad eſſentiam Proviſionis, ſed tantum ad ejus executionem. III. 259. *col.* 2. *n.* 12. & 13. Quid agendum ubi expeditio Bullæ haberi nequit? *ibid.* 260. *col.* 2. *n.* 18. Variæ clauſulæ Bullarum explicantur. *ibid.* 261. *col.* 1. & 2. *n.* 23. Quomodo procedatur in Gallia, ſi Pontifex Bullas non expediat? III. 249. *col.* 1. *n.* 23.

Vide, *Signatura*.

Bullæ Romanæ in Belgio, aliiſque Provinciis non promulgantur ſine prævio Placeto Regio. IX. 19. & *ſeqq. col.* 1. & 2. §. 7. Quâ formâ Bullæ Pontificiæ hodie ſoleant Romæ promulgari? IX. 225. & *ſeq. col.* 1. & 2. An obligent ſolâ publicatione Romæ factâ? *ibid.* & *ſeqq.* Quid de querimoniis & proteſtationibus, quæ a Gallis & Belgis factæ ſunt adverſus clauſulas Bullarum quibuſdam Eccleſiarum particularium Juribus contrariæ? IX. 238. *in nota*.

Vide, *Placetum*, *Publicatio*.

Bullæ dogmaticæ quænam proprie ſic dicantur? IX. 286. *col.* 1. & 2. Quænam, etſi conducibiles eſſe poſſunt ad Fidei & doctrinæ puritatem conſervandam & ſtabiliendam, tamen non ſint proprie dicendæ dogmaticæ? *ibid.*

BURCHARDUS.

Burchardus, quis fuerit? VII. 558. *col.* 1. §. 1. A quo, & quo motivo inductus ad exarandum Canonum volumen, quod per abuſum vocatur *Decretum Burchardi*? *ibid.* Operis materia & diviſio. *ibid. col.* 2. & 559. *col.* 1. Magna fuit Burchardi in colligendis Sententiis diligentia. *ibid. col.* 2. Sed nullum pene habuit Scriptorum delectum. *ibid.* Errata Burchardi, & eorum origo. *ibid. col.* 2. §. 2. Unde factum, ut cum apocryphorum multorum immixtione jampridem opus hoc fuerit laudatum? *ibid.* 560. *col.* 2. Fidem Burchardi ſecuti ſunt poſteriores Canonum Collectores. *ibid.* Errata Burchardi ſecutus eſt Gratianus; quod exemplis probatur. *ibid.* 561. *col.* 1. & 2. §. 3.

BURSÆ SEU ALIMENTARIÆ PORTIONES.

Burſæ pro cognatione ſua, an cenſendæ ſint manus-mortuæ? I. 510. *col.* 1. & 2. *n.* 24. Diverſa eorum genera in Univerſitate Lovanienſi. II. 344. *col.* 2. *n.* 7. & 8. Solis Pauperibus eas concedi voluerunt Fundatores. *ibid. n.* 9. Burſarum proventus non immerito dicti *Patrimonium Chriſti*. *ibid.* 345. *col.* 1. ſub *eod. num.* Abuſus, quem committunt Fundatores dando prærogativam ſuis conſanguineis, conterraneis, aliiſque. II. 246. *col.* 1. & 2. *n.* 17. & *ſeqq.*

BZOVIUS.

Bzovii ſententia circa cenſuram latam in Conſtitutione Joannis XXII. quæ incipit *Sancta Romana Eccleſia*. VIII. 584. *col.* 1. Offendit Minoritas. *ibid. col.* 2.

CÆSA.

C

CÆSARIES.

CÆſariei fictitiæ abuſus, præſertim in Clericis. VII. 422. *col.* 1.
Vide, *Coma*.

CALENDÆ.

Vide, *Kalendæ*.

CALUMNIATOR.

Calumniator Clericus, quâ pœnâ ex mente ſancti Gregorii afficiendus? IV. 382. *col.* 2. *n.* 29. & 383. *col.* 1. Quæ pœna Calumniatoribus infligenda? VIII. 136. *col.* 2.

CAMBIUM.

Cambium, quid ſit? VI. 243. *col.* 1. *Propoſit.* 8. Geminum aſſignatur Cambium, reale ſcilicet, & ficcum. *ibid. col.* 2. Cambium reale ſubdividitur in minutum, & locale. *ibid.* Quodnam ſit legitimum, quodnam uſurarium? *ibid.*

CAMBUTTA.

Cambutta ſeu *Cambuta*, virga Paſtoralis Epiſcoporum olim ſic dicta. II. 490. *col.* 1. ſub *num.* 18.
Vide, *Baculus Paſtoralis*.

CAMERA APOSTOLICA.

Camera Apoſtolica prætendit fructus Beneficiorum male perceptos, & quo titulo? III. 406. *col.* 2. *n.* 31. Eorum collectioni præpoſitus eſt Officialis, dictus Componendæ. I. 413. *col.* 1. *n.* 18. Hoc in Gallia non admittitur. III. 406. *col.* 2. *n.* 32. Verificationi litterarum Legati Apoſtolici, clauſula id excludens inſeritur. *ibid. n.* 33. & 407. *col.* 1. An ſimoniacè intruſus fiat ſecurus eo titulo, quod fructus male perceptos cum Camera Apoſtolica componendo dividat? *ibid. col.* 1. ſub *eod. n.* 33.
Vide, *Componenda*.

CAMPANA.

Campanas plures & grandiores ſola Eccleſia Parochialis poteſt habere. II. 99. *col.* 1. *n.* 13. Decimatores tantum tenentur ad inſtaurationem & intertentionem neceſſariam unius Campanæ bannalis. II. 503. *col.* 2. *n.* 29. Qualis illa debeat eſſe? *ibid.* & 504. *col.* 1.

Campanæ, etiam antiquitus, in die anniverſaria pulſabantur. II. 122. *col.* 2. *n.* 5. Nequaquam recens eſt, quod omnes Campanæ ſero & mane ante Officium *diu* pulſentur. *ibid.*

Campanas ſeu tintinnabula, qui pulſant, puniendi, ſi pulſatione ad quamdam harmoniam factâ, turpes, inhoneſtas vel ſcandaloſas cantiones expreſſerint, aut imitati fuerint. II. 140. *col.* 1. *n.* 33.
Vide, *Turris*.

CAMPSOR.

Campſor, quiſnam ſit uſurarius & fraudulentus? VI. 243. *col.* 2.

CANCELLARIA ROMANA.

Cancellarii unde olim dicti, & eorum dignitas? I. 406. *col.* 1. *n.* 1. & 2. Erant jampridem in Cathedralibus. *ibid. n.* 3. Quid ſignificet Cancellaria? *ibid. n.* 2. A quo tempore creverit auctoritas Cancellarii Romani? *ibid. col.* 2. *n.* 4. Quare vocetur Vice-Cancellarius? *ibid. n.* 5. Habet titulum Cardinalitium fixum, & habitationem in Palatio Cancellariæ. *ibid. n.* 6. Ejus officium. *ibid.* 407. *col.* 1. *n.* 8. Quænam in Cancellaria expediantur? *ibid. n.* 7. Officiarii Cancellariæ; eorum jura & emolumenta, & horum taxa. *ibid. col.* 2. *n.* 15. & 408. *col.* 1. Primarii poſt Vice-Cancellarium ſunt Cancellariæ Regens, Præſidentes de Majori Parco, &c. I. 407. *col.* 1. *n.* 8. & 9. Habet ſuas Regulas. *ibid.* 409. *col.* 2. *n.* 19. Quâ formâ expediantur in Cancellaria Diſpenſationum Matrimonialium litteræ? II. 432. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.*
Vide, *Regulæ Cancellariæ*.

CANCELLARIUS.

Cancellarii, quinam apud Romanos ſic dicti? IV. 219. *col.* 1. *n.* 1. In horum locum ſucceſſerunt hodierni Graphiarii & Secretarii. *ibid. n.* 2.
Vide, *Graphiarius*.

CANCELLARIUS ROMANUS.

Vide, *Cancellaria Romana*.

CANDELA.

Vide, *Cereus*.

CANONES.

Canonum & Theologiæ ſtudium in multis convenit. I. 116. *col.* 2. *n.* 1. & 2. Quomodo utrumque ſtudium poſſit combinari. *ibid.* Improbatur hodiernum ſtudium, quod non niſi circa Canones ſervientes ad lites verſatur. *ibid. n.* 3. Quid circa hoc ſanctus Carolus? V. 255. *col.* 2. §. 8. Conveniret, ut Gradus in Jure Canonico ſepararetur a Gradu in Jure Civili. I. 118. *col.* 2. *n.* 9. Quænam

nam

Digitized by Google

nám pro antiquorum Canonum intellectu neceſſaria ? IX. 634. *col.* 1. & 2. & I. 118. *col.* 1. *n.* 8. Aliqua notanda pro aſſequenda perfecta Canonum notitia. IX. 636. *col.* 1. & 2. & 637. & *ſeqq.* Quæ cauſa quod Graduati in Jure Canonico, SS. Canonibus, ut oportet, non ſint inſtructi ? I. 117. *col.* 2. *n.* 7. Quâ ratione inductus Philippus II. prælectionem Decreti Gratiani in Academia Lovanienſi inſtituerit ? *ibid.* 118. *col.* 1. & 2. ſub *n.* 8. Hac de re litteræ Ducis Sabaudiæ Belgii Gubernatoris. I. 681. *col.* 1. & 2. & 682. *col.* 1. & 2. & VIII. 22. *col.* 1. & 2. Zelus S. Caroli, ut ſtudium Canonum promoveatur. VIII. 23. *col.* 2.

Canones per conſuetudinem in totum abrogari non poſſunt. I. 21. *col.* 1. *n.* 5. & V. 236. & 237. *in præfatione*. Nunquam Canones illos in totum abrogare intendit Eccleſia. V. 250. *col.* 1. & 2. §. 3. Licet Eccleſia, neceſſitate cogente, rigorem Canonum interdum relaxet, non ideo tamen Canones abrogati cenſentur. VI. 6. *col.* 1. & 2. & 7. *col.* 1. Neceſſitate cogente, plura contra Canones acta, quæ, eâdem ceſſante, corrigenda. VI. 410. *col.* 2. Synodus Tridentina deſideravit, ut ſacri Canones, quoad fieri poſſet, obſervarentur. V. 251. *col.* 1. & 2. §. 4. Soli temporum calamitati imputandum, ſi per omnia ſacris Canonibus expreſſa diſciplina, per Concilium Tridentinum reſtituta non fuerit. *ibid.* *col.* 2. Epiſcopi, Canonici, aliique Eccleſiæ Miniſtri præ oculis habere debent ſacros Canones, ut, quoad fieri poſſit, obſerventur. *ibid.* 252. *col.* 1. & 2. §. 5. Quam neceſſaria ſit illis omnibus Canonum notitia. V. 255. *col.* 2. & 256. *col.* 1. Neceſſaria præſertim Epiſcopis. VII. 451. *col.* 2. Ordinandus in Epiſcopum ſuper notitia Canonum, juxta Nicænam Synodum II. diligenter a Metropolitano examinandus. VII. 454. *col.* 2. Quare notitia ſacrorum Canonum ſit adeo Epiſcopis neceſſaria ? VII. 455. *col.* 1. Non tamen ita priſcorum Canonum ſtudio navanda opera, ut recentiorum Conciliorum, vel Decretalium ſtudium negligatur. V. 256. *col.* 1.

Canones, ex temporum, locorum, & perſonarum circumſtantiis expendendi. VIII. 61. *col.* 2. Ob neglectam hanc conſiderationem ſæpe a vero Canonum ſenſu aberratur. *ibid.* 62. *col.* 1.

Canones, qui ſint præcipui & utiliores ? VI. 264. *col.* 1. & 2. §. 1. Finis, quem Patres ſibi propoſuerunt in condendis Canonibus. *ibid.* Veneratio Canonibus debita. *ibid.* 265. *col.* 1. Cur eos ignorare non liceat ? *ibid.* In Canonibus diſcernendum quid Juris naturalis ſit, quid poſitivi. VI. 266. *col.* 1. §. 2. Quinam Canones Juris naturalis aliquid in ſe contineant ? *ibid.* His Canonibus conſuetudo vim obligandi detrahere non poteſt. *ibid.* Cur hi Canones non poſſint abrogari ? *ibid.* *col.* 2. Sollicitudo Patrum in conſervandis Canonibus. *ibid.* *col.* 2. §. 3. Non niſi urgente neceſſitate, rigor eorum relaxatus eſt. VI. 267. *col.* 1. Id exemplis probatur. *ibid.* *col.* 2. Per Indulgentiam Eccleſiæ nihil rigori Canonum detrahitur. *ibid.* Pro abolitione Canonum aut Eccleſiæ Diſciplina ſtatuenda periculoſe aſſumitur multorum in Eccleſia praxis. VI. 268. *col.* 2. Male ſumitur argumentum pro abolitione Canonum a tolerantia Eccleſiæ. VI. 270. *col.* 1. §. 5.

Canones prælegendi Epiſcopis & Clericis in Ordinatione. VII. 207. *col.* 1. Id ſtatutum in Synodo Africana, ſuaſu S. Auguſtini. *ibid.*

Canonum ſacrorum inſtaurationem optat Eccleſia, & ad hoc laborat. VI. 271. *col.* 1. & 2. §. 6. Hanc Canonum reſtaurationem & praxim injunxit Synodus Tridentina. *ibid.* 272. *col.* 1. & 2. Quomodo Prælati Eccleſiæ in reſtaurandis SS. Canonibus procedere debeant ? VI. 273. *col.* 1. & 2. §. 7.

Canonum veterum mitigatio, ab eorum ſtudio deterrere non debet. VI. 275. *col.* 1. & 2. Quam ſit utile ſtudium Canonum. *ibid.* *col.* 2. & 276. *col.* 1. Utilitas ſtudii veterum Canonum adſtruitur exemplo Canonum Pœnitentialium. VI. 277. *col.* 1. §. 9.

Canonum ratio & ſpiritus magis quam verba attendi debent. VI. 280. *col.* 2. §. 10. Spiritus Canonum ſemel detectus ducit ad rationem Immunitatum, quas Imperatores Clero indulſerunt. VI. 281. *col.* 1. & 2. Quid attendendum, ut recte ſtatuatur de Canonis alicujus auctoritate ? *ibid.* 282. *col.* 2. §. 11. & 298. *col.* 1. & 2. §. 4. Canonum auctoritas a dignitate Auctorum, & ab auctoritate Codicis, cui ſunt inſerti, petenda. VI. 298. *col.* 1. & *ſeq.* Auctoritas Canonum probat auctoritatem diſciplinæ in iis contentæ. *ibid.* *col.* 2.

Canonum Collectio ab Iſidoro vulgo Mercatore elaborata. VII. 493. *col.* 1. & 2. §. 1. & 494. & *ſeqq.*

Vide, *Decretales Epiſtolæ*.

Canones Iſaac quid ſint, & ubi reperiantur ? VII. 545. *col.* 2. §. 3. & 546. *col.* 1.

Canonum Opus a Reginone elucubratum. VII. 553. *col.* 1. & 2. §. 1. & 554. *col.* 1. & 2.

Vide, *Regino*.

Canonum volumen a Burchardo exaratum. VII. 558. *col.* 1. & 2. §. 1. & 559. & *ſeqq.*

Vide, *Burchardus*.

Digitized by Google

Canonis, *Si Papa*, auctor incertus. VIII. 71. *col.* 2. Unde bujus Canonis prima pars videatur deſumpta? *ibid.* 72. *col.* 1. Præbuit ſectariis prætextum convellendi primatum ſummi Pontificis. *ibid.* Hic Canon ſupponit Papam poſſe eſſe a fide devium, & ut talem judicari. *ibid. col.* 2.

Canonum interpretes Græci, & quædam circa eos notanda. VIII. 628. *col.* 1. & 2. §. 1. & 639. *col.* 1. Cujuſnam præferendi Commentarii? *ibid.* 639. *col.* 1. *in nota*. De Latinis Canonum Interpretibus. *ibid. col.* 2. §. 2. De Scholiis in Canones ab Eſpenio elaboratis. *ibid.* 640. *col.* 1.

Vide, *Codices Canonum*.

CANONES PŒNITENTIALES.

Canones pœnitentiales, & eorum origo. II. 153. *col.* 2. *n.* 1. Eorum uſus antiquiſſimus; & quare? *ibid. col.* 2. Quinam Canones vocentur Pœnitentiales? VI. 277. *col.* 1. §. 9. Epiſcoporum in iis condendis circumſpectio. II. 153. *col.* 2. *n.* 3. & 154. *col.* 1. & 155. *col.* 2. *n.* 11. Variæ eorum collectiones. II. 155. *col.* 2. *n.* 12. & 156. *col.* 1. & 170. *col.* 1. *n.* 24. Hos in pœnitentiis imponendis ſequi tenebantur Confeſſarii. VI. 277. *col.* 1. Hæc diſciplina ſeculo XI. relaxari cœpit. *ibid. col.* 2. A quatuor circiter ſeculis abrogati videntur Canones Pœnitentiales. *ibid.* Quomodo & quâ occaſione abrogati? II. 161. *col.* 1. *n.* 14. & 15. Multis titulis adhuc hodie eorum notitia Confeſſariis utilis. II. 168. *col.* 2. *n.* 18. & 169. *col.* 1. & VI. 278. *col.* 1. & 2. Veterum Canonum notitia inſervire poteſt ad aliqualem proportionem ſervandam in ſatisfactionibus imponendis. VI. 279. *col.* 2. & 280. *col.* 1. Canones pœnitentiales a S. Carolo editi. II. 170. *col.* 1. *n.* 24. Olim ſeduſo invigilabant Epiſcopi, num juxta Canones pœnitentia imponeretur. II. 156. *col.* 1. & 2. *n.* 15. Pro aſſequenda Canonum Pœnitentialium notitia, intelligendi quatuor Pœnitentium *gradus*. *ibid. col.* 2. *n.* 16. & *ſeqq.*

Caſſationis remedium ſpecies eſt Regiæ proviſionis, quâ Princeps cum ſubditorum jura tuetur, tum Regiam ſuam dignitatem, necnon Leges & Canonicas Sanctiones vindicat & conſervat. IX. 559. *col.* 2. §. 1. Caſſationi locus eſt, quoties Judices Eccleſiaſtici notorie abutuntur ſuâ Juriſdictione, vel uſurpant cognitionem ſpectantem ad Judicem laicum. *ibid.* Quomodo Caſſatio etiam ſeſe extendat ad Cenſuras Eccleſiaſticas? IX. 560. *col.* 1. & 2. §. 2. & 561. *col.* 1. & 2. & 562. *col.* 1. Dum Principes aut Conſilia Regia aliquam Cenſuram caſſant, quid per verbum *caſſare* intelligendum? IX. 560. *col.* 2. & 561. *col.* 2. Non novum eſt hoc *Caſſationis remedium*, ſed ab ipſis Eccleſiæ initiis notum, atque ab ipſis Pontificibus laudatum. *ibid.* Inveteratus Belgii uſus Caſſationem ad Cenſuras extendit. *ibid.* 562. *col.* 1. §. 3. Eadem Praxis in Gallia & in Hiſpania viget. IX. 563. *col.* 2. §. 4. A Venetis quoque idem uſus obſervatur. *ibid. in nota*. Conformis eſt Praxis Germaniæ. *ibid.* 565. *col.* 1. §. 5. Quandonam demum Judices Regii Cenſurarum Eccleſiaſticarum caſſationem ordinent? IX. 574. *col.* 2. Conſulta Supremi Conſilii Brabantiæ cum Decretis Caſſatoriis in illa memoratis,

circa

Digitized by Google

circa Litteras Monitoriales. IX. 311. & *ſeqq. col.* 1. & 2. & *ſeqq.* Alia ejuſdem Conſilii ad eam materiam pertinens. IX. 638. *col.* 1. & 2. & 639. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Proteſtatio ſeu Decretum Joſephi I. Imperatoris contra quamdam Bullam Clementis XI. quam Princeps ille caſſat, annullat, abolet, &c. IX. 565. *col.* 1. & 2. §. 5. & 651. *col.* 1. & 2. & 652. & *ſeqq.* Caroli VI. Imperatoris Sententia Caſſatoria contra attentatum Nuntii Apoſtolici Colonienſis. IX. 654. *col.* 1. & 2. & 655. *col.* 1. & 2. Sententia Parlamenti Mechlinienſis, quâ caſſat quaſdam Cenſuras & Litteras Monitoriales. IX. 657. *col.* 1. & *ſeq.* & 658. & *ſeqq.* Arreſtum Parlamenti Pariſienſis contra cartas Monitoriales & Cenſuras emanatas ax Curia Romana. IX. 660. *col.* 1. & *ſeq.* & 661. Ejuſdem Curiæ Decretum pro caſſatione quarumdam Cenſurarum. IX. 662. & 663. Arreſtum Parlamanti Burdigalenſis contra attentatum Archiepiſcopi. IX. 663. & 664. & *ſeq.*

Vide, *Appellatio tamquam ab abuſu*, *Cenſura*, *Excommunicatio*, *Princeps*.

CASTITAS.

Caſtitas maxime decet Clericos. I. 15. *col.* 1. *n.* 1. & *ſeqq.* & V. 296. *col.* 1. & 2. §. 1. Caſtitas debet ſe oſtendere in omnibus actionibus Clerici. V. 297. *col.* 1. & 2. §. 2. Synodorum Belgicarum Decreta pro ſervanda caſtitate & bona ſama Clericorum. I. 15. *col.* 1. & 2. *n.* 3. & *ſeqq.* Converſatio mulierum eis interdicitur. *ibid. col.* 1. *n.* 1. & *col.* 2. *n.* 7. Ob periculum incontinentiæ hæc mulierum familiarior converſatio Canonicis aliiſque Eccleſiaſticis fugienda eſt. V. 297. *col.* 2. §. 3. & 298. *col.* 1. Cavenda eſt ſimiliter ob aliorum offenſionem & ſcandalum. V. 298. *col.* 2. §. 4. & 299. *col.* 1. & 2. Vitanda eſt Clericis converſatio etiam cum mulieribus devotione conſpicuis. I. 15. *col.* 2. *n.* 7. & V. 299. *col.* 1. Quid circa hanc materiam in Synodo Trullana? VII. 334. *col.* 2. Synodus Leodienſis vetat admitti ad Ordines eos, qui in adoleſcentia ſuerint mœchati, & lapſos poſt Ordinem ſuſceptum, ad altiorem gradum vetat promoveri. I. 8. *col.* 1. ſub *n.* 5. In Diœceſi Mechlinienſi nemo cenſetur approbatus ad abſolvendum a peccatu mortali contra caſtitatem, complicem ſecum in eodem. II. 196. *col.* 2. *n.* 32. & 197. *col.* 1.

Vide, *Ordo*, *Sacerdos*, *Clericus*, *Mulier*.

Caſtitatis nulla mentio expreſſa in antiquis formulis Profeſſionis, & in aliquibus recentioribus non invenitur. I. 538. *col.* 2. *n.* 1. & 2. & 539. *col.* 1. & 2. Tacite tamen includitur. *ibid. n.* 3. Quænam votum caſtitatis involvat? I. 539. *col.* 2. *n.* 8. Exemplo S. Franciſci, qui primus voluit illius expreſſam fieri mentionem, nonnulli Ordines cœperunt illud in formula Profeſſionis exprimere. *ibid. col.* 1. *n.* 5. Etiam Monachi, in quorum Profeſſionis formula votum Caſtitatis non exprimitur, voto Caſtitatis obſtringuntur; & quomodo? *ibid.* 539. *col.* 2. *n.* 8. Quando votum Caſtitatis Matrimonium dirimat? *ibid.* 540. *col.* 1. *n.* 11. & 12. Hujus voti tranſgreſſio cenſetur Bigamia ſimilitudinaria. II. 300. *col.* 1. & 2. *n.* 31.

Vide, *Votum*.

Caſtitati præcipue inimica ſunt ſpectacula ſeu Comœdiæ. II. 529. *col.* 1. & 2. *n.* 9. & *ſeqq.* Item choreæ & tripudia in Belgio, præſertim ruri frequentata. *ibid.* 530. *col.* 1. *n.* 12. 13. & 14. Remedia a Synodis Belgii & Epiſcopis propoſita pro eorum extirpatione. II. 531. *col.* 1. & 2. *n.* 19. & *ſeqq.* Edicta Regia pro eorumdem executione. *ibid.* 532. *col.* 1. & *ſeqq. n.* 25. & *ſeqq.*

Caſtitas in Presbyteris & Diaconis requiſita. VIII. 60. *col.* 2. Variæ de ea re Patrum ſententiæ. *ibid.*

Caſtitatis expers Sacerdos ad libidinem inducens filias ſuas ſpirituales, quâ pœnâ afficiendus? IV. 152. *col.* 2. *n.* 41.

Caſtitas ut tutius ſervetur, obligatio Epiſcoporum, Paſtorum, & Magiſtratus civilis, eliminandi meretrices, ſtatuas, libros, & cantilenas inhoneſtas. IV. 157. *col.* 1. & 2. *n.* 67. Specialiter natationes publicas & denudationes corporum. *ibid. col.* 2.

Vida, *Illuſio nocturna*.

Caſtitati perpetuæ ab initio Eccleſiæ fuerunt nonnullæ mulieres addictæ. I. 545. *col.* 1. *n.* 1. Conſervandæ Caſtitatis medium valde a Patribus commendatum, alterius ſexus fuga. *ibid. n.* 2. Quæ cura olim haberetur, ut Caſtitati Virginum extra Monaſteria habitantium conſuleretur? *ibid. col.* 2. *n.* 4.

Vide, *Clauſura Monialium*.

CASUISTÆ.

Vide, *Probabiliſmum*, *Opinio*.

CASULA.

Caſulam Sacerdotis ritus levandi in elevatione ſacræ Hoſtiæ & Calicis, unde veniat? VIII. 56. *col.* 1.

CASUS RESERVATI.

Vide, *Reſervatio Caſuum*.

Digitized by Google

CATAPHRYGES.

Cataphryges, quinam fuerint? VI. 535. *col.* 1. & 2. Revertentes ab illa hæreſi quare baptizandi. *ibid. col.* 2.

CATECHISMUS.

Catechiſmi frequentatio promovenda præſertim circa pauperes, I. 49. *col.* 2. *n.* 4. In promovendo Catechiſmo cura Magiſtratuum. *ibid.* 50. *col.* 1. *n.* 5. Hac de re Litteræ Regiæ. *ibid. n.* 6.

Catechiſmi hodierni origo, & quâ tatione a priſtino differat? II. 36. *col.* 1. *n.* 12.

Vide, *Instructio Christiana*.

CATECHISTÆ.

Catechiſtæ Catechumenorum olim dicti *Sponſores*, interdum etiam *Suſceptores*; & quare? II. 45. *col.* 1. *n.* 1. & 2. & *ſeqq.*

CATECHUMENUS.

Catechumenorum olim varii erant ordines, & quid in quolibet eorum fieret? II. 34. *col.* 2. *n.* 2. & 3. Diſciplina Eccleſiaſtica circa Catechumenos tota latiſſime deſcribitur. *ibid.* & 35. & *ſeqq. col.* 1. & 2. & 36. *col.* 1. & 2. Catechumeni probandi. VI. 535. *col.* 2. Gradus, in quibus Catechumeni probabantur. VI. 433. *col.* 1. & 2. Quinam dicerentur *Audientes*? II. 35. *col.* 1. & 2. *n.* 7. Qui *Orantes* vel *Genuflectentes*? *ibid. col.* 2. *n.* 8. Quinam *Competentes* ſive *Electi*? *ibid.* 36. *col.* 2. *n.* 15. & 37. *col.* 1. *n.* 17. Quid de Catechumenis in Synodo Neocæſarienſi? VI. 475. *col.* 1. Quid in Synodo Laodicena? VI. 556. *col.* 1. & 2. In Trullana? VII. 406. *col.* 1. Quo tempore nomen darent, & quid hoc importet? II. 36. *col.* 2. *n.* 16. & VI. 556. *col.* 1. Quid redditio Symboli in Catechumenis? II. 37. *col.* 2. *n.* 22. Quibuſdam minutis Sacramentis utebantur; & quænam illa, & in quem finem? II. 40. *col.* 1. *n.* 33. Quid Miſſa Catechumenorum? *ibid.* 36. *col.* 1. *n.* 10. & 89. *col.* 2. *n.* 2. & 90. *col.* 1.

Catechumeni non tantum circa fidem, ſed etiam circa vivendi præcepta inſtruebantur & examinabantur. II. 38. *col.* 1. *n.* 24. Vitæ mutationem æque ac fidei profeſſionem publice Catechumeni profitebantur. II. 38. *col.* 2. *n.* 26. Catechumeni exorciſmis, crucis ſignationibus & orationibus exercebantur. *ibid.* 39. *col.* 1. & 2. *n.* 29. Catechumeni demum ad Baptiſmum admittebantur. II. 40. *col.* 2. *n.* 36. Recentet baptizati induebantur veſte albâ. *ibid.* 41. *col.* 2. *n.* 38. Catechumenâ gravidâ baptizatâ, non idcirco cenſetur fœtus baptizatus. VI. 475. *col.* 2. Quid de exorciſmis ſuper Catechumenis, & de eorum examine, apud Gratianum? VIII. 298. *col.* 1. & 2. De abrenuntiationibus a Catechumenis faciendis. *ibid. col.* 2. Ritus hodierni Baptiſmi plurima habent antiquæ circa Catechumenos diſciplinæ veſtigia. II. 37. *col.* 1. & 2. *n.* 19. & *ſeqq.* Impedimentum cognationis ſpiritualis ex Catechiſmo hodie videtur ſublatum. II. 415. *col.* 2. *n.* 21.

Vide, *Neophytus*.

CATHARI.

Cathari idem qui Novatiani; & unde ſic dicti? VI. 423. *col.* 1. & 2. An redeuntes ad Eccleſiam, ſint reordinandi? *ibid. col.* 2. Errores Catharorum ſeu Novatianorum. *ibid.* 424. *col.* 1. & 2. Quos damnare jubebantur. *ibid.* 425. *col.* 1. Quid de Catharis in Canone Laodiceno? VI. 534. *col.* 2. & 535. *col.* 1.

CATHEDRA.

Cathedræ ſublimitas ſanctum non facit, ſed requirit. VIII. 71. *col.* 1. & 2. & 72. *col.* 1. & 2. & 73. *col.* 1. Diſtinctio inter Cathedratica, & non Cathedratica Pontificum Reſponſa. VII. 269. *col.* 2.

CAVEA CAPITULARIS.

Vide, *Cella Capitularis*.

CAUPONA.

Vide, *Popinæ*.

CAUSA.

Cauſam criminalem olim quilibet poterat inſtituere inſcribendo ſe ad pœnam Talionis. IV. 280. *col.* 2. *n.* 7. & *ſeq.* Hodie nemo poteſt criminalirer agere conclndendo ad vindictam publicam, niſi Officiarii ad hoc conſtituti, nec tenentur ſe præſcribere. *ibid.* 281. *col.* 1. *n.* 12. Si accuſationem male inſtituant, quâ pœnâ afficiendi? *ibid. col.* 2. *n.* 14. Quomodo hodie Judex procedat ex inquiſitione? *ibid.* 283. *col.* 1. *n.* 20.

Cauſæ criminales Presbyterorum & Diaconorum ab Epiſcopo cum adjunctis Collegis, inferiorum autem Clericorum a ſolo Epiſcopo, juxta Canones Africanos judicandæ. VII. 211. *col.* 1. Quis numerus Collegarum; & a quo eligendi? *ibid.* An Epiſcopi ob aliquod crimen poſſint conveniri apud Judicem laicum? IV. 94. *col.* 2. *n.* 38. & 95. *col.* 1. *Les Parlemens ſoûtiennent qu' ils ſont juges des Evêques criminels.* IV. 511. *col.* 2. & 512. *col.* 1. Quomodo hodie proceſſus criminales inſtruantur

Digitized by Google

tur tam in Sécularibus quam in Eccleſiaſticis Tribuoalibus? IV. 282. *col.* 2. *n.* 19. & 283. *col.* 1. *n.* 20. & *ſeqq.* Quænam concluſio in criminalibus? IV. 295. *col.* 1. *n.* 8. Proceſſus criminalis non ſemper eodem modo inſtruitur. *ibid.* 296. *col.* 2. *n.* 15. Si Reus ex ſua confeſſione vel informationibus parum gravetur, proceſſus inſtituitur modo in civilibus uſitato. *ibid. n.* 16. Reo ſemper dandæ ſoæ defenſiones, & dilationes ſufficientes ad eas faciendas. *ibid. n.* 18. Nullo caſu accuſatori defertur joramentum ſuppletoriom. IV. 297. *col.* 2. *n.* 26. In proceſſu criminali examinando magnâ diſcuſſione opus eſt. *ibid. n.* 24. Actio criminalis non ceſſat per condonationem Partiom. IV. 153. *col.* 1. & 2. *n.* 45.

Cauſarum examen quomodo inſtituendum? IV. 317. *col.* 2. *n.* 8. & *ſeqq.*

Vide, *Confeſſio Rei*, *Depoſitio*, *Informatio*, *Interrogatio*, *Probatio*, *Purgatio*, *Tortura*, *Cauſæ Eccleſiaſticæ*, *Cauſæ Majores*.

Cauſa ardua quæ dicatur; item qoæ magna, quæ modica? IV. 277. *col.* 2. *n.* 21. & *ſeqq.*

Cauſæ miſerabilium Perſonarum in Gallia hodie private ſpectant ad cognitionem Judicis Regii, etiam adverſus Clericos; & ejus ratio. IV. 51. *col.* 1. *n.* 20. & 21. & *ſeqq.* & 511. *col.* 1. Quænam dicantur miſerabiles Perſonæ? IV. 51. *col.* 1. *n.* 22. Poſſunt ſuos creditores vocare coram Senatu Regio in prima inſtantia. *ibid.* Aliquando jodicatum, famolum ratione ſui ſalarii poſſe convenire Clericum actione perſonali coram Senaru Regio; & quare? *ibid. col.* 2. *n.* 23. Cura, quam Epiſcopi debent impendere, ut juſtitia illis adminiſtretur. *ibid. n.* 24. In hiſce caoſis Clericis licitom eſt Advocatum agere. *ibid.* 52. *col.* 1. *n.* 25. Interdom Epiſcopi apud Judices, aut etiam apud Principem inſtare debent, ut *miſerabilibus* perſonis juſtitia adminiſtretur. *ibid. n.* 27. An Judex Eccleſiaſticus negligentiam Judicis ſecularis non adminiſtrantis joſtitiam, ſupplere poſſit? *ibid. n.* 28. Miſerabilium perſonarum cauſæ breviſſimis terminis agitandæ. IV. 246. *col.* 1. *n.* 40.

Cauſæ nomine quid intelligeodum in Gratiani Decreto? VIII. 113.

CAUSÆ CIVILES.

Cauſarum Civilium qualis ſit hodie inſtructio? IV. 227. *col.* 2. *n.* 1. & *ſeq.* & 228. & *ſeq. col.* 1. & 2. *n.* 3. & *ſeqq.*

Vide, *Lis*, *Leges civiles*, *Judicium*.

CAUSÆ ECCLESIASTICÆ.

Cauſæ mere *Eccleſiaſticæ* ad Forum Eccleſiaſticum ſpectant. IV. 36. *col.* 1. *n.* 1. & 2. Canones interdicentes Laicis omnem de Caoſis Eccleſiaſticis cognitionem, præcipue loquuntur de *mere* Eccleſiaſticis. *ibid. n.* 3. Caoſæ Sacramentorum, quantum ad eorum ſubſtantiam, privative ſpectant ad Judicem Eccleſiaſticum. *ibid. n.* 4. De quibus circa has cauſas Judex Laicos cognoſcere poſſit, & aliquando debeat? *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 5. & 6. In Gallia Caoſæ mere Eccleſiaſticæ per Parlamentorum Arreſta ad Judicem Eccleſiaſticum remittuntur. *ibid. n.* 7. & 37. *col.* 1. Inter quæſtiones mere Eccleſiaſticas hodie fere ſolæ ſunt cauſæ Matrimoniales, quæ coram Judice Eccleſiaſtico agitantur. *ibid.* 37. *col.* 1. *n.* 11. & *ſeqq.* De aliis Cauſis Eccleſiaſticis; puta Beneficiorum, Decimarum, &c. hodie vix agitur coram Judice Eccleſiaſtico; & qoare? IV. 40. *col.* 1. & 2. *n.* 31. Optandum, ut Cauſæ Eccleſiaſticæ ſummarie abſolverentur. IV. 238. *col.* 1. *n.* 20. Quid de Cauſis Eccleſiaſticis in Synodo Chalcedonenſi? VII. 81. *col.* 1. & 2. & 82. *col.* 1. & 2.

Cauſæ Eccleſiaſticæ jodicaotium celeri diſceptatione finiendæ, ſed tamen ſervato Legom ordine. VII. 296. *col.* 1. & 2.

Vide, *Forum competens*, *Immunitas*, *Synodus Provincialis*, *Cauſæ majores*, *Clericus*, *Epiſcopus*.

CAUSÆ MAJORES.

Cauſæ majores Epiſcoporum Summo Pontifici reſervatæ. I. 344. *col.* 1. & 2. *n.* 7. Ob non illas Sedi Apoſtolicæ reſervatas, arguitur Legatus. *ibid. col.* 2. *n.* 8. Diſciplina moderna, qoæ reſervat eas Pontifici, a quo tempore invaloerit? I. 301. *col.* 2. *n.* 8. & IV. 91. *col.* 2. *n.* 16. & *ſeq.* & 92. & *ſeq. col.* 1. & 2. *n.* 18. & *ſeqq.* Ævo S. Leonis nondum erant reſervatæ. I. 348. *col.* 2. *n.* 1. Quaſdam evocaverat hic Pontifex ad conſultationem magis qoam ad judicium. *ibid.* 349. *col.* 1. *n.* 2. Quædam circa hanc materiam obſervantur ad Litteras S. Leonis. *ibid.* & *col.* 2. *n.* 4. & 5. & 350. *col.* 1. *n.* 6. & 7. Decretum Concilii Tridentini circa eamdem diſciplinam, in Belgio non eſt receptum, & quare? *ibid.* 353. *col.* 1. *n.* 1. Debent dari Judices *in Partibus*. *ibid.*

Cauſæ majores Epiſcoporum juxta Canones terminari debent in Synodis. I. 324. *col.* 2. *n.* 7. & *ſeqq.* & 326. *col.* 1. *n.* 4. & IV. 89. *col.* 1. & 2. *n.* 1. Hodie diſtinctio adhibenda. I. 326. *col.* 1. *n.* 5. Concilium Nicænum & Conſtantinopolitanom deferunt judiciom Epiſcoporum Synodo Provinciali. IV. 89. *col.* 2. *n.* 3.

Hoc

Hoc quoque probatur ex Epiſtola Patrum Africanorum & ex Antiochena Synodo. *ibid. n.* 4. & VI. 383. *col.* 1. & 2. & 517. *col.* 2. & 518. *col.* 1. & 2. & 519. *col.* 1. & 591. *col.* 2. Juxta Canones Africanos Epiſcopus accuſandus apud ſuum Primatem vel ejus Synodum. VII. 209. *col.* 2. Quodnam temporis ſpatium ei concedatur ad ſe defendendum? *ibid.* Hoc elapſo, ſi non compareat, non communicet, donec ſe purgaverit. *ibid.* 210. *col.* 1. Ad ferendum judicium contra Epiſcopum, requiruntur duodecim Epiſcopi. VII. 300. *col.* 1. An & quid circa hanc diſciplinam immutaverit Synodus Sardicenſis, cujus Canones explicantur? IV. 90. *col.* 1. & 2. *n.* 6. & *ſeqq.* & 96. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Synodus Sardicenſis permittit interdum renovari judicium Synodi Provincialis, ſed non niſi cognitâ causâ. IV. 90. *col.* 1. *n.* 7. & *col.* 2. *n.* 8. Cognitionem cauſæ defert Epiſcopo Romano. *ibid. n.* 9. Refertur ſummarie ſenſus Canonum Sardicenſium. IV. 91. *col.* 2. *n.* 13. Hiſce Canonibus conſonat Synodus Chalcedonenſis. *ibid. n.* 14. eamdem diſciplinam expreſſit Gelaſius II. *ibid. n.* 15. Quo tempore hæc mutari cœpit, & quâ occaſione. *ibid. n.* 16. Nihil tamen in Concilio Sardicenſi ſtatutum fuit adverſus ſupremam Synodorum Provincialium auctoritatem in cauſis Epiſcoporum judicandis. IV. 96. *col.* 1. *n.* 1. Reviſio judicii, quam permittit, multum differt ab appellatione. *ibid. n.* 2. Quo ſeculo Canones Sardicenſes in alienum ſenſum detorti, quaſi tribuerent Summo Pontifici jus reſcindendi ſententiam in Concilio Provinciali latam? *ibid. n.* 3. & *col.* 2. *n.* 4. Ea Canonum expoſitio a Summis Pontificibus probata, & executioni mandata. *ibid.* 97. *col.* 1. *n.* 5. Fuerunt ſeculo nono, qui eam explicationem vel rejecerunt, vel eâ abuſi ſunt. *ibid. n.* 6. Quo nixi fundamento Romani Pontifices arbitrarentur Canones Sardicenſes a ſe obſervari? *ibid.* 98. *col.* 1. *n.* 13. Creditum eſt olim ſine auctoritate Summi Pontificis deponi non poſſe Epiſcopum. *ibid.* 99. *col.* 1. *n.* 15. Unde immutatio diſciplinæ circa hanc materiam? *ibid. col.* 2. *n.* 17. & 18. & 91. *col.* 2. *n.* 16. & *ſeqq.* Unde diſtinctio inter graviores & minores Cauſas Epiſcoporum? IV. 93. *col.* 1. *n.* 26. & *ſeqq.* Decretum Concilii Tridentini circa hanc diſciplinam. *ibid. n.* 29. Diſplicuit Gallis. IV. 94. *col.* 1. *n.* 33. Epiſcopus nequidem in crimine læſæ Majeſtatis conveniri criminaliter poteſt coram Judice Laico. *ibid. col.* 2. *n.* 38. Quo tempore & quâ occaſione Cauſæ majores Sedi Apoſtolicæ fuerint reſervatæ, incertum. VIII. 413. *col.* 2.

Vide, *Cauſa*, *Accuſatio*, *Epiſcopus*.

CAUSÆ MATRIMONIALES.

Vide, *Matrimonium*.

CAUSÆ POSSESSORIÆ.

Vide, *Forum competens*, *Poſſeſſorium*.

CAUTELA.

Vide, *Abſolutio*.

CAUTIO.

Cautionem præſtare tenentur Cuſtodes ſeu Matricularii, & qualem? I. 51. *col.* 2. ſub *n.* 3. & 52. *col.* 1. *n.* 4. Item, Conductores bonorum Fabricæ & menſæ S. Spiritus. I. 56. *col.* 2. *n.* 8. Item uſurarius ſuper reſtitutione uſurarum, antequam admittatur ad Sepulturam eccleſiaſticam. III. 728. *col.* 2. *n.* 25.

Cautionem præſtare tenentur impetrantes Reſcripta moratoria ſolutionum. IV. 333. *col.* 2. *n.* 8.

Cautio de rato an & quando in litibus admittatur? IV. 216. *col.* 1. *n.* 25. Cautionem præſtans de parendo, non debet incarcerari. *ibid.* 287. *col.* 2. *n.* 8. Sæpe talis relaxandus, etiam dum agitur de pœna corporali, ſed non ſuper delicto atrociori. *ibid.* 288. *col.* 1. & 2. *n.* 12. Deficiente cautione fidejuſſoriâ, ſufficit juratoria. *ibid.* 289. *col.* 1. *n.* 15. Variæ cauſæ & Tribunalia, in quibus Sententiæ mandantur executioni ſub cautione, non obſtante appellatione. IV. 363. *col.* 1. & 2. *n.* 30. & *ſeqq.*

CÆLESTIUS PELAGIANUS.

Vide, *Pelagius*.

CELEUMA.

Celeuma, quid hâc voce intelligendum? VII. 453. *in nota*.

CELLÆ CAPITULARES.

Cellæ Capitulares lucri causâ Secularibus patere non poſſunt. I. 19. *col.* 1. *n.* 9. Quidquid emolumenti ſupereſt, in pios uſus erogandum. *ib.*

CELLARIUS.

Cellarius aliter vocatur Procurator & Proviſor; ejus officium; qualis eligendus? I. 575. *col.* 2. *n.* 12. Quid ſpecialiter debeat attendere? *ibid. n.* 13. Periculoſum eſt in Procuratorem conſtitui, qui in virtute non eſt multum exercitatus; & quare? I. 576. *col.* 1. *n.* 14. Convenit, ut negotia multum diſtrahentia committantur Secularibus. *ibid. col.* 2. *n.* 15. & IV. 218. *col.* 1. *n.* 35. & 36. Poteſt Superior ejus poteſtatem reſtringere vel ampliare. I. 576. *col.* 2. *n.* 17.

CENSURA.

Cenſuræ apud veteres non adeo præciſe acceptæ, uti apud modernos. IV. 392. *col.* 1. *n.* 1. & 2. Pro intellectu hujus materiæ etiam antiqui Canones expendendi. *ibid. n.* 3. Hodierna definitio Cenſuræ. *ibid. col.* 2. *n.* 7. Quid requiratur ad validitatem Cenſuræ? IX. 16. *col.* 2. §. 5. Ut Cenſura obliget, non ſufficit publicatio Romæ facta. *ibid.* 17. *col.* 1. & 2. §. 6. & 18. *col.* 1. & 2.

Cenſurarum tres tantum ſunt ſpecies. IV. 392. *col.* 1. *n.* 2. & *col.* 2. *n.* 4. Plures fuiſſe apud veteres, probari non poteſt. *ibid. n.* 2. Auctoritas eas ferendi dependet a poteſtate Clavium. *ibid.* 393. *col.* 1. *n.* 9. Mulieres eas ferre non poſſunt. *ibid. n.* 10. Explicatur Cap. 12. *De majoritate & obedientia. ibid. n.* 11. Hodie diſtinguitur poteſtas Clavium, in ea quæ ſunt Ordinis, & ea quæ ſunt Juriſdictionis; & huic reſervatur poteſtas ferendi Cenſuras. *ibid. col.* 2. *n.* 14. & 15. & 394. *col.* 1. *n.* 16. Ad ferendas Cenſuras requiritur Juriſdictio in Foro exteriori. *ibid.* 394. *col.* 1. *n.* 17. Quibuſnam auctoritas Cenſuras infligendi juxta modernam diſciplinam competat? IX. 26. *col.* 1. & 2. §. 4. & 27. *col.* 1. An hæc auctoritas Epiſcopo electo & confirmato ante conſecrationem competat? IX. 26. *col.* 2. An aliquibus competere poſſit ex conſuetudine? IV. 394. *col.* 1. *n.* 21. & I. 123. *col.* 1. & 2. *n.* 6. & 7. Competere poteſt Clerico primæ Tonſuræ. IV. 394. *col.* 1. *n.* 19. Hæc auctoritas acquiri poteſt præſcriptione & conſuetudine. *ibid. n.* 21. Cenſura non poteſt ferri niſi in ſubditos. *ibid. col.* 2. *n.* 22. Regulares quamvis exempti tenentur obſervare Cenſuras latas ab Ordinario. *ibid. col.* 2. *n.* 23.

Cenſuræ deſcriptio ita circumſcribenda, ut excludantur aliæ pœnæ Canonicæ, quæ Cenſuræ non dicuntur. IV. 392. *col.* 2. *n.* 6.

Cenſurarum uſum quatenus permittat Synodus Tridentina in cauſis Civilibus? IV. 412. *col.* 2. *n.* 3. Ab eis abſtinendum, quantum fieri poteſt in Criminalibus. *ibid. n.* 4. Non iis eſt utendum, ſi Sententiæ executio haberi queat per invocationem brachii ſecularis. *ibid. n.* 5.

Cenſuræ non ferendæ niſi in contumacem. IV. 408. *col.* 1. *n.* 1. & IX. 31. *col.* 2. §. 1. Non ſunt infligendæ per modum *pœnæ* in meram vindictam. IX. 32. *col.* 1. Oportet, ut conſtet de manifeſta contumacia in peccato, ſive inobedientia erga Eccleſiam corripientem. IX. 31. *col.* 2. & 32. *col.* 1. Cenſuram præcedere debent monitiones Canonicæ. IX. 32. *col.* 2. §. 2. Injuſtæ habentur Cenſuræ latæ, monitione competenti non præmiſsâ. *ibid.* 33. *col.* 1. Quot monitiones requirantur, & cum quo medio intervallo? IV. 408. *col.* 2. *n.* 4. & *ſeqq.* & VI. 365. *col.* 1. & VIII. 332. *col.* 2. & 553. *col.* 2. & 554. *col.* 1. & IX. 32. *col.* 2. & 33. *col.* 1. & *ſeqq.* Periculoſum eſt Epiſcopos tam faciles eſſe in multiplicandis Cenſuris. IX. 35. *col.* 1. Adeo his poſterioribus ſeculis multiplicatæ ſunt, ut tandem invaluerit vix ullum, præcipue e Curia Romana, prodire Decretum, cui non ſit annexa Excommunicatio *ipſo facto* incurrenda. *ibid. col.* 1.

Cenſuræ, præſertim Excommunicatio, non infligendæ niſi ob crimen, & quidem atrox. IV. 404. *col.* 1. *n.* 3. & VIII. 157. *col.* 1. & 2. IX. 35. *col.* 2. §. 1. & 36. *col.* 1. & 2.

Cenſurâ, ut quis ob crimen atrox notetur, requiritur, ut ordine judiciario fuerit convictus. IX. 38. *col.* 1. & *ſeqq.* §. 3. & 42. *col.* 1. & *col.* 2. §. 4. Quæſtio de crimine coram proprio Provinciæ Judice inſtituenda. *ibid.* ſub §. 4. Non tantum in prima inſtantia, ſed etiam in ulteriore quæſtio debet inſtitui, decidi, & finem accipere. *ibid.* 43. *col.* 2. Hanc diſciplinam circa ferendas Cenſuras magnâ conſtantiâ tempore S. Auguſtini propugnarunt Africani. *ibid.* & VII. 167. *col.* 2. & 168. *col.* 1. Cauſas Cenſurarum nec alias quaslibet Clericorum licebat ad peregrinum Judicem, etiam Romanum Pontificem, per appellationes protrahere. IX. 45. *col.* 2. Unde hujus diſciplinæ mutatio? IV. 343. *col.* 1. & 2. *n.* 7. & 8. & IX. 46. *col.* 1. & 2. Quæ ſit circa inſtituendas & decidendas Cenſurarum cauſas, Galliarum & Belgii juriſprudentia? IX. 47. *col.* 2. & 48. *col.* 1. & *ſeqq.* Quæ ſpecialiter in ferendis Cenſuris obſervanda? IX. 51. *col.* 1. & 2. §. 5. Quid attendere debeat Prælatus circa perſonam feriendam Cenſuris? IX. 53. *col.* 2. §. 1. & 54. *col.* 1. Quâ moderatione procedendum? IX. 54. *col.* 2. An ad ſatisfactionem debiti *civilis* adhibendæ Cenſuræ? *ibid.* 55. *col.* 2. Quænam in ferendis Cenſuris reſpectu Eccleſiæ attendenda? IX. 56. *col.* 1. & 2. §. 2. & 57. *col.* 1. & 2. Ordo Juris, præcipue in Cenſurarum inflictione, exactiſſime obſervandus. IX. 552. *col.* 2. & 553. *col.* 1.

Cenſuram invalidam reddit defectus eſſentialis ordinis judiciarii. IX. 39. *col.* 1. & 2. *Nulla* redditur Cenſura defectu Juriſdictionis in Judice ob interpoſitam appellationem aut recuſationem. *ibid. col.* 2. §. 2. & 40. *col.* 1. & 2. Defectu citationis Cenſura eſt invalida. IX. 33. *col.* 1. & 41. *col.* 1. & 2. §. 3. & 42. *col.* 1. & 2. Item, ſi *levi* pro culpa lata fue-

ſuerit. IX. 36. *col.* 2. Item, ſi cauſa Judici, *ut Judici*, non ſuerit legitime probata. IX. 39. *col.* 1. Unde præterea innoteſcat Cenſurarum nullitas & invaliditas? IV. 81. *col.* 1. & 2. §. 7. Cenſura ex ſe nulla ad ſummum ratione ſcandali in foro externo eſt ſervanda. IX. 576. *col.* 2. §. 2. & 577. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Adducuntur cauſæ, e quibus nullitas Cenſuræ promanat, & ratione cujus appellatio tamquam ab abuſu in Gallia interponitur. IX. 580. *col.* 2. & 581. *col.* 1. & 2. §. 4. De modo & cautela ſervandis in ferendis Cenſuris. IX. 31. *col.* 2. §. 1. & 32. & *ſeqq. col.* 1. & 2.

Cenſura quando proprie dicatur injuſta? IV. 405. *col.* 2. *n.* 12. & IX. 68. *col.* 1. & 2. §. 1. & 69. *col.* 1. Quo ſenſu injuſta Cenſura etiam Excommunicationis aut Anathematis nullatenus ſit timenda? *ibid.* 68. *col.* 1. & 2. Quo ſenſu ſanctus Gregorius dixerit eam eſſe timendam? IV. 406. *col.* 2. *n.* 19. & IX. 69. *col.* 1. & 2. Cenſura injuſta nullum effectum habet coram Deo. IV. 405. *col.* 2. *n.* 12. & IX. 68. *col.* 2. & 584. *col.* 1. & 2. An tenenda ſeu obſervanda ſit Cenſura injuſta? IX. 69. *col.* 2. & *ſeqq.* §. 2. Cenſurâ injuſtâ, *juris ſervato ordine* prolatâ, innodatus, non tenetur quidem abſtinere a perceptione Euchariſtiæ, aliiſque actibus ex vi ipſius Cenſuræ in ſe revera injuſta, ſed vi præcepti Eccleſiæ, quo harum ſpiritualium rerum uſus prohibetur. IX. 70. *col.* 1. Maximi eſt meriti hanc contumeliam & injuriam patientiſſime pro pace Eccleſiæ ferre. IX. 69. *col.* 1. Quid de Cenſura injuſta, prætermiſſo juris ordine prolatâ? IX. 555. *col.* 1. & 2. Utrum non obſtantibus ejuſmodi Cenſuris, Beneficiati Regiâ poteſtate tamquam adverſus vim & violentiam muniti poſſint aut debeant functiones ſuas ſpirituales continuare? IX. 577. *col.* 2. & 578. *col.* 1. Commemorantur magnorum virorum geſta, qui ſub protectione Regia functiones Eccleſiaſticas continuarunt, non obſtantibus Cenſuris *nulliter* & *violenter* inflictis. IX. 578. *col.* 2. §. 3. & 579. & *ſeqq. col.* 1. & 2.

Cenſurarum injuſtarum cauſa & occaſio. IX. 71. *col.* 1. Cenſurarum injuſtitia olim in Conciliis Provincialibus exponebatur & expendebatur. *ibid. col.* 1. & 2. Hodie ordinarium contra Cenſuras injuſtas remedium eſt appellatio ad Superiorem; & quæ ratio hujus appellationis interponendæ, introducendæ, aut proſequendæ? IX. 71. *col.* 2. & 72. *col.* 1. & 2. & *ſeqq.* Remedium extraordinarium contra Cenſuras injuſtas eſt recurſus ad Tribunalia Regia. IX. 73. *col.* 2. §. 4. Quid contra Cenſuras injuſtas viam faciat recurſui ad Judicem Regium? IX. 75. *col.* 1. & 2. Judices Regii admittentes recurſum contra injuſtas Cenſuras, duntaxat cognoſcunt de violentia illata. IX. 76. *col.* 1. & 2. §. 5. Quibus mediis ſoleant Judices Regii violentias per Cenſuram illatas compeſcere? IX. 78. *col.* 2. §. 6. & 79. & *ſeqq. col.* 1. & 2.

Cenſura non ſervato Juris ordine lata, *viâ facti* attentatum reputatur, datque recurſui locum. IX. 532. *col.* 2. §. 2. & 533. *col.* 1. & 2. Hujuſmodi proceſſus juxta Concilium Hiſpalenſe II. *Tyrannis eſt. ibid.* 532. *col.* 2. & 534. *col.* 1. Quis ordo juxta modernam diſciplinam in materia Cenſurarum ſit ſervandus? IX. 534. *col.* 2. §. 4. & 535. *col.* 1. & *ſeqq.* In cauſa Cenſurarum *Proviſio* decerni non poteſt; & quare? IX. 536. *col.* 2. & *ſeqq.* Quis ſit effectus Sententiæ Judicis ſecularis, quâ Cenſura declaratur nulla ſuper appellatione tamquam ab abuſu? IX. 581. *col.* 1. & 2. ſub §. 4. Praxis Eccleſiæ Belgicæ in hac parte praxi Gallicanæ Eccleſiæ conformis. *ibid.* Regia protectio adverſus Cenſuras *viâ facti* latas hodie Eccleſiaſticis magis quam olim eſt neceſſaria. IX. 582. *col.* 1. & 2. §. 5. & 583. *col.* 1. & 2.

Vide, *Appellatio tamquam ab abuſu*, *Manutenentia*, *Princeps*, *Recurſus*, *Violentia*, *Vis*.

Cenſuræ injuſtæ, qualiter ſubinde palam in Foro externo non ſint ſervandæ, & poſſint contemni? IV. 406. *col.* 1. & 2. *n.* 18. & *ſeq.* & IX. 81. *col.* 1. & 2. §. 7. & 82. & *ſeqq.* & 574. *col.* 2. §. 1. & 575. *col.* 1. & 2. Cenſuræ *violento judicio*, & *juſtitiâ ſubverſâ* prolatæ palam in Foro externo poſſunt contemni. IX. 575. *col.* 2. & 576. *col.* 1. & 2. Eſt quandoque meritorium & honorificum Eccleſiæ poteſtati, Cenſuras ob injuſtitiæ notorietatem contemnere, eiſque palam reſiſtere. IX. 82. *col.* 1. Probatur exemplis Virorum ſanctorum, quorum ſanctitatem pluribus miraculis, etiam poſt mortem, Deus manifeſtavit. *ibid. col.* 1. & *ſeqq.* Unde Cenſurarum injuſtarum abuſus? IX. 83. *col.* 2. & 84. *col.* 1. Unde fit, ut hic abuſus mirum in modum augeatur & creſcat? *ibid. col.* 2. & 85. *col.* 1. Vera de Cenſuris idea populo imprimenda. *ibid.* Inter perſecutiones a Chriſto ſuis veris Diſcipulis & veritatis defenſoribus prædicta, eſt injuſta Cenſurarum, ſignanter Excommunicationis, inflictio. IX. 85. *col.* 2. §. 8. & 86. *col.* 1. & 2. & 87. *col.* 1. Quid de Cenſurarum injuſtarum metu? *ibid.* 584. & *ſeqq. col.* 1. & 2.

Cenſura tollitur per abſolutionem. IX. 96. *col.* 2. §. 11. & 97. *col.* 1. Quandonam relaxatio a Cenſuris *Abſolutio* dici cœperit? *ibid.* 97. *col.* 1.

Cen-

Digitized by Google

Cenſura tolli non poteſt, niſi ab eo, qui eam tulit, vel eum repræſentante. IV. 428. *col.* 1. *n.* 1. & 2. Olim ab Epiſcopo eam tollere recuſante dabatur ultima appellatio ad Synodum. *ibid. n.* 3. & 429. *col.* 2. *n.* 11. Abſolutiones a Cenſuris etiam non occultis conceduntur in Pœnitentiaria Romana; & quâ formâ expediantur? I. 420. *col.* 1. *n.* 30. Quid de iis, qui extorquent abſolutionem a Cenſuris? VIII. 547. *col.* 1. An Judices Regii cogere poſſint Judices Eccleſiaſticos ad tollendas cenſuras? IV. 431. *col.* 1. & 2. *n.* 25. Utrum auctoritas aliqua circa Cenſuras Principibus *laicis* competat? IX. 27. *col.* 2. §. 5. & 28. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Poteſtas coactiva, quâ Princeps in Eccleſiaſticos pollet, ſeſe etiam extendit ad Cenſuras Eccleſiaſticas. IX. 567. *col.* 1. & 2. §. 3.

Cenſurarum comminatio ex conſueto, ſed nequaquam probando hodierno Curiæ Romanæ ſtilo, omnibus paſſim Decretis apponitur. I. 365. *col.* 2. ſub *n.* 25. Talis comminatio ut meri ſtili in Judiciis habetur, ideoque non timenda. *ibid.* & IX. 18. *col.* 1. & 35. *col.* 1. & 83. *col.* 2.

Vide, *Excommunicatio*, *Claves*, *Anathema*, *Abſolutio*.

Cenſuræ, quibus Judices Eccleſiaſtici ſuam adverſus Judices Regios juriſdictionem tueri prætendunt, potius ſunt ad deſtructionem quam ad ædificationem Eccleſiæ. IX. 29. *col.* 1. Quam ſemper funeſti fuerint earum exitus. *ibid.* & *col.* 2. Jam pridem Principes Catholici inhibuerunt, ne Judicet Eccleſiaſtici in conflictu juriſdictionis contra Judices Regios per Cenſuras procedant. *ibid. col.* 2. & 30. *col.* 1. & 2. Quid in ſimili caſu obtineat in Gallia & in Belgio? IV. 415. *col.* 1. *n.* 19. & 20.

Cenſuræ contra Principem ejuſque Magiſtratus ob admiſſum Recurſum & datam protectionem vibratæ aut comminatæ, injuſtæ ſunt, irritæ & inanes, ac ut tales ab omnibus habendæ, & aperte ſpernendæ. IX. 584. *col.* 2. & 585. *col.* 1. & 2. & *ſeqq.*

CENSUS.

Cenſus, quem fundator Cluniacenſium ſolvi voluit Eccleſiæ Romanæ, non arguit Exemptionem. IV. 462. *col.* 2. *n.* 6. & 463. *col.* 1. *n.* 7. In ſignum *protectionis*, hunc cenſum ſolvi voluit. *ibid. n.* 8. & 9. Licet non exprimatur cenſum ſolvi in ſignum *protectionis*, non tamen ejus ſolutio infert Exemptionem. *ibid. n.* 10. Quandonam ſolutio cenſus probet Exemptionem? *ibid. col.* 2. *n.* 13.

Cenſus Prælati Eccleſiis non imponant ad propriam ſuam utilitatem. VIII. 334. *col.* 1.

Cenſus triplex, realis, perſonalis, & mixtus. VI. 242. *col.* 1. & 2.

CENTURIONES.

Centuriones ſeu *Hecatontarchæ*, qui *Primicerii* quoque dicti ſunt, Divinatorum genus. VII. 384. *col.* 1. & 2. Quid contra eos Synodus Trullana ſtatuerit? *ibid. col.* 2.

CEREMONIÆ.

Ceremoniarum inſtitutio & immutatio a Chriſto Eccleſiæ eſt relicta. II. 91. *col.* 1. *n.* 9. & *ſeqq.* Earum varietas non officit unitati fidei. II. 94. *col.* 1. & 2. *n.* 23. Quænam lex in illa varietate ſervanda? *ibid. n.* 24. In iis multa habentur pro Lege, quæ ab Abuſu irrepſerunt. *ibid.* 95. *col.* 1. *n.* 28. Ceremoniarum Magiſter, de quibus debeat eſſe inſtructus? *ibid.* 94. *col.* 2. *n.* 25. Quam ſit neceſſarius? *ibid.*

Ceremoniæ quare in adminiſtratione ſacramentorum adhibeantur? II. 9. *col.* 1. *n.* 8. Quid de ceremoniis credendum tradat Synodus Tridentina, & moderna fidei profeſſio? *ibid. n.* 9. Ceremoniæ pro arbitrio privatorum immutari nequeunt. *ibid. n.* 10. & *col.* 2.

Vide, *Sacramentum*, *Ritus*, *Liturgia*.

CEREUS.

Cerei dati Neophytis poſt Baptiſmum antiquitas & ſignificatio. II. 42. *col.* 1. & 2. *n.* 42. Septem diebus eo utebantur in Eccleſia. *ibid. col.* 2. *n.* 43.

Cereorum in elatione funerum antiquitas & ratio. III. 684. *col.* 1. *n.* 26. & 27. Etiam diurnis funeribus in ſignum lætitiæ adhibiti Cerei a Gentilibus & Judæis. *ibid. n.* 28. Adhibiti in funere Chriſtianorum ob victoriam peracti agonis. *ibid. col.* 2. *n.* 30. Cui competant Cerei feretro in Exequiis appoſiti? III. 710. *col.* 1. *n.* 28. & 29.

Cereorum extinctio in ritu excommunicationis, quid ſignificet, a quo tempore uſitata, & ejus ſcopus? IV. 416. *col.* 2. *n.* 7. & *ſeqq.*

CESENAS.

Ceſenas (Michaël) Ordinis Fratrum Minorum Miniſter generalis cum duobus aliis coram Joanne XXII. Summo Pontifice audacter reſpondet. VIII. 592. *col.* 1. Appellat a Pontifice, & ab ejus Conſtitutionibus. *ibid. col.* 2. Fugit ad Ludovicum Bavarum. *ibid.* Cenſuris innodatur. *ibid.* Appellat ad Eccleſiam univerſam. *ibid.* Ejus & Ochami inſolentiſſima contra Pontificem ſcripta. *ibid.* 593.

col. 1. Ejus variæ Epiſtolæ. *ibid. col.* 2. Horum Fratrum pertinacia & inſolentia magnam Ordini Minorum invidiam conflarunt. *ibid.* 594. *col.* 1. & 2.

CESSATIO A DIVINIS.

Ceſſatio a Divinis ſimplex, in quo differat ab interdicto? IV. 424. *col.* 1. *n.* 39. & VIII. 544. *col.* 2. Forma ſervanda in ceſſatione Officii. VIII. 544. *col.* 1. Abuſus. *ibid. col.* 2.
Vide, *Interdictum*.

CESSIO BONORUM.

Ceſſio Bonorum liberat ab incarceratione. IV. 337. *col.* 1. *n.* 31. Jure civili fit ſolâ profeſſione abſque aliqua ſolemnitate. *ibid. n.* 32. Solemnitas & forma inducta in Gallia, ne facilis ceſſio anſam daret fraudibus. *ibid. n.* 33. & *col.* 2. Si impetrans litteras ceſſionis, alia Bona acquirat, tenetur ea conſignare ad opus creditorum; quid & quantum ſibi retinere poſſit? *ibid. col.* 2. *n.* 34. Ut litteras ceſſionis quis impetret, docere debet de infortunio. *ibid.* 338. *col.* 1. *n.* 35. Decoctoribus & fraudulentis creditorum circumventoribus hoc beneficio non ſubvenitur. *ibid. col.* 2. *n.* 38. & 339. *col.* 1. Edicta adverſus fraudulentas Ceſſiones. *ibid. n.* 39.
Ceſſio Bonorum variis perſonis in quibuſdam cauſis ad evitandum carcerem neceſſaria non eſt; & quænam illæ? IV. 339. *col.* 1. *n.* 40. Id privilegium videtur conceſſum Clericis in *Cap. Odoardus de ſolut.* ibid. *n.* 41. & *col.* 2. Quouſque illud obtineat in Gallia? *ibid. n.* 42. Ejus effectus. *ibid. n.* 43.

CÆCUS.

Vide, *Claudus*.

CÆLIBATUS.

Cælibatus Presbyterorum lex, cujus ſit generis ſecundum Catholicos. VI. 487. *col.* 1.

CHARACTER.

Vide, *Sacramentum*.

CHARITAS.

Charitas, Clericorum prima & fundamentalis virtus. V. 284. *col.* 1. & 2. & 309. *col.* 2. An Charitas ſit inamiſſibilis? VIII. 284. *col.* 1. Charitas, alia perfecta, alia imperfecta. *ibid.* An in Electis ſit amiſſibilis? *ibid.* In reprobis quandoque eſt Charitas. *ibid. col.* 2. Quo ſenſu Charitas, quæ deſeritur, dici poſſit ficta & *vera numquam* fuiſſe, & alio ſenſu recte dicatur ſuo modo *vera* & *bona*. ibid. *col.* 2.

CHARTOPHYLACIUM.

Vide, *Archivum*.

CHARTOPHYLAX.

Chartophylacis magni Conſtantinopolitani, quanta fuerit dignitas; & quod ejus officium? VII. 467. *col.* 1.

CHIROMANTIA.

Chiromantia, artis divinatoriæ ſpecies. VII. 385. *col.* 1. Canon Trullanus contra eos, qui pro cognoſcendis futuris conſulunt præſtigiatores, hanc aut ſimilem artem profitentes. VII. 384. *col.* 2.
Vide, *Magia*, *Sortilegium*.

CHIROTHECA.

Chirothecarum benedictio in Conſecratione Epiſcoporum. I. 212. *col.* 1. & 2. *n.* 25. Earum uſus num antiquus? *ibid.* Earum meminit vetus Ordo Romanus. *ibid. col.* 2. Item vetus Liber Sacramentarius. *ibid. col.* 2.
Chirothecarum par quid hodie diceretur? III. 393. *col.* 1. ſub *n.* 17.

CHIRURGIA.

Chirurgiæ ars, an generatim Clericis interdicta, an tantum quædam hujus artis partes? VIII. 380. *col.* 1.

CHORAULIS vel CHORISTA.

Vide, *Cantor*, *Cantus*, *Muſica*, *Pueri chori*.

CHOREÆ.

Choreæ cum ſanctificatione Feſtorum nullatenus conſiſtunt. II. 530. *col.* 2. *n.* 17. Choreæ, quæ in popinis in Belgio frequentantur, admodum ſunt abominandæ. *ibid. n.* 18. & 531. *col.* 1. Decreta Synodorum & Epiſcoporum Belgii pro earum extirpatione. *ibid.* 531. *col.* 1. *n.* 19. & 20. Decreto Regio roborantur. II. 532. *col.* 1. *n.* 25. Prohibentur ſpecialiter in cœmeteriis. II. 464. *col.* 1. ſub *n.* 9. & *col.* 2. *n.* 10. & 11. *L'Ordonnance d'Orléans & celle de Blois défendent ſous de groſſes peines la profanation des Fêtes par les danſes.* II. 563. *col.* 2.
Choreæ & tripudia inter perſonas utrinſque ſexus antiquis ſpectaculis admodum ſimilia. II. 530. *col.* 1. *n.* 14. His merito applicantur, quæ de Choreis ſui temporis dixit S. Chryſoſtomus. *ibid. n.* 15. & *col.* 2. Judicium Cardinalis Bellarmini de Choreis noſtratibus. II. 530. *col.* 2. *n.* 16.
Vide, *Saltatio*, *Spectaculum*.

Digitized by Google

CHOREPISCOPUS.

Chorepiſcopi, an vi ſuæ ordinationis eſſent Epiſcopi? VI. 457. *col.* 2. & 510. *col.* 2. & 511. *col.* 1. Quid Synodus Ancyrana habeat de officio & auctoritate Chorepiſcoporum? VI. 457. *col.* 1. Chorepiſcopi dicuntur eſſe ad formam ſeptuaginta diſcipulorum. VI. 480. *col.* 1. Non poterant ordinare niſi Subdiaconos, Lectores, & Exorciſtas. VI. 510. *col.* 1. & 2. Quid fuerit requiſitum, ut Chorepiſcopi Lectorem ordinare poſſent? VII. 472. *col.* 1. & 473. *col.* 2. Acris contentio excitata circa ſeculum IX. an Presbyteri valide ordinarentur a Chorepiſcopis? VI. 512. *col.* 1. & 2. & 513. *col.* 1.

Chorepiſcopi, a quibus ordinandi? VIII. 89. *col.* 1. Differentia inter Epiſcopos & Chorepiſcopos, ſed ſuppoſititia. *ibid.* An quidam Chorepiſcopi fuerint Epiſcopi? *ibid. in nota*.

Chorepiſcopi videntur fuiſſe Epiſcopi villicani. VI. 511. *col.* 2. Non abſimiles a Coadjutoribus. VIII. 387. *col.* 1. Eorum exceſſus. VI. 510. *col.* 1. Quâ occaſione deſierint Chorepiſcopi in Oriente & Occidente, remiſſive? VI. 513. *in nota*.

CHORUS.

Chorus eſt locus Clericorum. II. 469. *col.* 1. *n.* 35. Cancellis & velo olim ſeparabatur a reliqua parte Templi, & ejus rei adhuc extant veſtigia. *ibid.* & *col.* 2. *n.* 36. Quomodo Laicis patere poſſit juxta Canones? *ibid. n.* 37. Patronis competit jus ſedis in Choro; & qualis? *ibid.* 470. *col.* 1. *n.* 38. Similiter & Magiſtratibus. *ibid. n.* 39. Solis Patronis de jure competit ſedes in Choro. III. 220. *col.* 1. *n.* 26. & 27.

Chorum ingredi prohibitum mulieribus. II. 470. *col.* 2. *n.* 40. Merito in uſum revocarentur, quantum temporum ratio permittit, Canones illi, qui decernunt, ut Laici ſecus Altare, quando ſacra celebrantur, ſtare vel ſedere non præſumant. V. 347. *col.* 1. Quantum Laicorum, præſertim mulierum, ad Chorum acceſſus, pſallentium devotionem turbet, & divini Officii reverentiam natus ſit diminuere? *ibid. col.* 1. & 2. Quid de Canonicis, aliiſque ſeu Regularibus, ſeu Secularibus, qui non ſolum Laicos, ſed etiam mulieres, quantumvis laſcivo habitu ornatas inter pſallentium choros admittere non verentur? *ibid. col.* 2. Canone Trullano vetitum Laicis, excepto ſolo Imperatore, intra ſepta altaris ingredi. VII. 395. *col.* 2. & 396. *col.* 1. & 2.

Chori reparationis onus cui incumbat? II. 503. *col.* 1. ſub *n.* 26.

Chori pueri. Vide, *Pueri Chori*.

CHRISMA.

Chriſma a ſolo Epiſcopo benedici poteſt. II. 59. *col.* 1. *n.* 11. Olim benedicebatur omni tempore; & quandonam id ad Feriam V. in Cœna Domini reſtrictum? *ibid. n.* 12. & *col.* 2. *n.* 13. A quo accipiendum, & quæ in ejus diſtributione cavenda? *ibid. n.* 14. & 15. Quomodo hodie ex præſcripto Synodorum Chriſma accipiatur, & renovari debeat? *ibid. n.* 16. & 60. *col.* 1. Origo diſciplinæ conficiendi Chriſma ſingulis annis. VIII. 107. *col.* 2. Quid de renovando Chriſmate in Cœna Domini, apud Gratianum? VIII. 297. *col.* 1. Ex quo conficiatur? II. 61. *col.* 2. *n.* 5. An ſpectet ad eſſentiam Confirmationis, ita ut non ſufficiat unctio Olei? *ibid. n.* 6. Quid unctio Chriſmatis in vertice Baptizati? II. 43. *col.* 1. *n.* 46. & VIII. 298. *col.* 2. An Presbyteris competat poteſtas conficiendi Chriſma, & conſignandi infantes in fronte? VIII. 107. *col.* 1. & 299. *col.* 1.

Chriſmationis, priuſquam quis ad ſacra myſteria, ſive ad Confirmationem admitteretur, antiquitas. VI. 534. *col.* 1. Chriſmatis confectio Presbyteris interdicitur. VII. 195. *col.* 2. & 196. *col.* 1. Duplex Chriſmatio, altera per Sacerdotem, altera per Epiſcopum. VIII. 299. *col.* 2. Duplex illa Chriſmatio eſt recentioris diſciplinæ. *ibid. col.* 2.

Chriſmate olim ungebantur quidam Hæretici, ad Eccleſiam, abjuratione factâ, revertentes. VII. 418. *col.* 2. & 419. *col.* 2.

Chriſma diligenter aſſervandum; & quare? VIII. 397. *col.* 1.

CHRISTUS.

Chriſti latus mortui, non viventis, lanceâ perforatum. VIII. 564. *col.* 2. & 565. *col.* 1. Myſtica hujus *apertionis* & emanantis aquæ & ſanguinis ex ejus latere ſignificatio. *ibid.* 565. *col.* 1.

Chriſtus & Apoſtoli, an aliquid jure proprietatis in Communi poſſederint? VIII. 586. *col.* 2. & 587. *col.* 1. Acerrimæ ſuper hac quæſtione contentiones inter Ordines Minorum & Prædicatorum. *ibid.* 587. *col.* 1. & *ſeqq.* Joannes XXII. Summus Pontifex definit Chriſtum & Apoſtolos habuiſſe aliqua *in communi* jure proprietatis. VIII. 591. *col.* 1. Benedictus XII. ſententiam Joannis XXII. de paupertate Chriſti probavit. *ibid.* 594. *col.* 2. Opinio *de paupertate Chriſti* ab his Pontificibus damnata, tamquam Orthodoxa a Nicolao IV. fuerat probata. *ibid. col.* 2.

CINE-

Digitized by Google

CINERES.

Cinerum uſus in reconciliatione Eccleſiæ pollutæ. II. 496. *col.* 2. *n.* 24.

CIRCUITOR.

Vide, *Viſitator*.

CIRCUMCELLIONES.

Circumcelliones, unde ſic dicti quidam Donatiſtæ? VII. 287. *col.* 2. & 288. *col.* 1. & VIII. 217. *col.* 2. & 218. *col.* 1.

Vide, *Donatiſtæ*.

CIRCUMDUCTORES FERARUM.

Circumductores Ferarum erant præſtigiatores, contra quos Canon Trullanus. VII. 384. *col.* 2. & 385. *col.* 1.

CITATIO.

Citationes extra Diœceſim ultra duas diætas inhibet Concilium Lateranenſe; & quare? IV. 182. *col.* 2. *n.* 2. Quomodo diæta hìc accipiatur? *ibid.* 183. *col.* 1. *n.* 3. & 4. Bonifacius VIII. reſtrinxit ad unam diætam. *ibid.* *n.* 5. Jam pridem judicavit Synodus Nicæna conveniens eſſe, ut negotiæ terminentur in locis, ubi orta ſunt. *ibid.* *col.* 2. *n.* 6. Quid circa hanc rem Synodus Tridentina videatur deſiderare? *ibid.* *n.* 7. In Gallia cauſa appellationis deleganda eſt in propria Diœceſi. *ibid.* *n.* 8. & 184. *col.* 1. *Il y a des cas où cela ne peut être obſervé*. IV. 515. col. 1. & 2. *Quel eſt l'uſage de France, lorſque le Diocèſe où eſt l'affaire, eſt d'un autre Parlement que les autres Diocèſes de la Province*. ibid. *col.* 2. Privilegium Belgarum, quo non poſſunt ad judicium evocari extra provinciam in quacumque cauſa & inſtantia. IV. 184. *col.* 1. *n.* 9. & 10. An hodie Belga poſſit citari vigore Reſcripti delegatorii ultra unam diætam extra ſuam diœceſim? IV. 188. *col.* 1. *n.* 31. Quam odioſa ſint Belgis peregrina judicia. *ibid.* *col.* 1. & 2. *n.* 32. Sententia Senatus Brabantiæ, quâ caſſatur Sententia lata in Curia Romana. *ibid.* & 498. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. Altera Sententia ejuſdem Senatus circa proceſſum inſtitutum *vigore Reſcripti appellatorii* coram Officiali Ruremundenſi. IV. 188. *col.* 2. ſub *n.* 32. & 501. *col.* 1. & 2. & 502. *col.* 1. & 2. Quid obtineat quoad hæc in Hiſpania? IV. 187. *col.* 1. *n.* 23. & 24. Quid in Gallia? *ibid.* *col.* 2. *n.* 26. & *ſeqq.* Quam odioſa ſint Gallis peregrina judicia. *ibid.* & 188. *col.* 1. *n.* 32. Quandonam aliquis dicatur citari extra Provinciam? *ibid.* *n.* 30.

Vide, *Belgium*, *Delegatus*.

Citatio eſt exordium & fundamentum totius proceſſus, & eſt juris naturalis. IV. 231. *col.* 1. *n.* 1. & 2. An prævie ad citationem requiratur mandatum Judicis? *ibid.* *n.* 4. & *col.* 2. *n.* 5. An debeat citatio fieri ad perſonam, & an ſufficiat ad domicilium? IV. 232. *col.* 1. *n.* 12. & *ſeqq.* Quodnam in hac materia dicatur domicilium? *ibid.* *n.* 13. Forma, quâ citatio fit ad domicilium. *ibid.* *col.* 2. *n.* 18. & 233. *col.* 1. Moribus hodiernis citatio fieri poteſt ad perſonam Procuratoris, aut ejus domicilium. *ibid.* *n.* 14. Uſus citationem ad domicilium ſuſtinet, tametſi Apparitor perſonam non ſatis curioſe foris quæſierit. *ibid.* *n.* 16. Quomodo citanda Collegia, & illuſtres perſonæ? *ibid.* 233. *col.* 1. *n.* 21. Forma citationis per edictum, & quo caſu, & adverſus quos eâ uti liceat? IV. 232. *col.* 2. *n.* 17. Forma litterarum citatorialium. *ibid.* 234. *col.* 1. & 2. *n.* 29.

Citatio Partis eſt juris naturalis, nec ullâ humanâ auctoritate tolli poteſt. IV. 231. *col.* 1. *n.* 2. Adeo eſſentialis eſt citatio Partis, ut nec per Principem quantumvis potentem, nec per Summum Pontificem ſuppleri poſſit. IX. 41. *col.* 2. Quare in cauſa criminali citatio adverſus aliquem a Judice decerni non ſoleat, niſi præmiſsâ ſecretâ & juridicâ informatione ſuper admiſſo crimine? IX. 42. *col.* 1. In ſupremis Curiis citatio fieri debet de ſpeciali venia Curiæ; in inferioribus vero ſufficit generalis data ab Apparitoribus. IV. 231. *col.* 2. *n.* 5. Interdum in his quoque ſpecialis juſſus Judicis requiritur. *ibid.* *n.* 6. Merito Judex præſertim Eccleſiaſticus ante decretam citationem concordiam tentat. IV. 232. *col.* 1. *n.* 9.

Citatio juridica *duplex*, privata & publica; & utriuſque deſcriptio. IV. 232. *col.* 1. *n.* 9. Quomodo per Apparitorem relinquenda copia citationis, ut citatus ejus notitiam habere poſſit? *ibid.* 233. *col.* 1. *n.* 22. Apparitor tenetur dare relationem ſuæ citationis; & quâ formâ? *ibid.* 234. *col.* 2. *n.* 32. Citato concedendus eſt ſufficiens terminus. *ibid.* 235. *col.* 1. *n.* 33. Ob hunc defectum admitteretur appellatio. IV. 346. *col.* 2. *n.* 26.

Citationes vagabundorum per publicas proclamationes vel affixiones fieri ſolent. IV. 233. *col.* 2. *n.* 23. Quomodo citandi, qui ad alienas Parochias migrarunt? *ibid.* *n.* 24. Quid ſi Procuratorem vel bonorum ſuorum adminiſtratorem in Provincia habeat? *ibid.* 234. *col.* 1. *n.* 25. *Ce qu'il y a de particulier aux uſages de France dans la manière de donner l'aſſignation*. IV. 516. *col.* 2.

Citatio Perſonalis in cauſis civilibus hodie exolevit. IV. 213. *col.* 2. *n.* 7. & 9. In criminalibus hodie uſitata, affinis eſt apprehenſioni. *ibid.* 292. *col.* 1. *n.* 39. Quibus caſibus procedere liceat ad Citationem perſonalem? *ibid. n.* 40. & VIII. 503. *col.* 1. & 2. Conſtituit Citatum in reatu & infamia, & ſuſpendit ab officio publico uſque ad plenam purgationem. IV. 213. *col.* 2. *n.* 8. Citatus perſonaliter non poteſt comparere per Procuratorem, niſi ad allegandum impedimentum. IV. 292. *col.* 2. *n.* 41. Non relaxatur, niſi reſponderit. *ibid.* 293. *col.* 1. *n.* 43. Interdum Citatio perſonalis decreto Judicis convertitur in ſimplicem. *ibid.* 292. *col.* 2. *n.* 42. Citatio perſonalis in aliquibus Cauſis civilibus adhuc in uſu eſt in Curiis Eccleſiaſticis. *ibid.* 293. *col.* 1. *n.* 44.

Citato in Curiis Eccleſiaſticis ſolent dari tres dilationes ad comparendum; & quid perdat, ſi ad primam non compareat? IV. 246. *col.* 2. *n.* 43. *Ce qu'il y a de propre au Droit François dans ce qui concerne les Décrets d'ajournemens perſonnels*. IV. 520. *col.* 2. & 521. *col.* 1. & 2. & 522. *col.* 1.

CLAUDUS.

Claudum qui irridebat ob vitium corporis, ſicut & cæcum aut ſurdum, olim puniebatur. VI. 375. *col.* 2.

CLAVES.

Claves Eccleſiæ datæ ſunt in perſona Petri. VIII. 228. *col.* 2. Cenſuras ferendi auctoritas dependet a poteſtate Clavium. IV. 393. *col.* 1. *n.* 9. & *ſeqq.* & IX. 22. *col.* 2. §. 1. & 23. *col.* 1. & 2. Ubi radicaliter & primario reſideat Clavium poteſtas? *ibid.* Auctoritas ligandi & ſolvendi per Cenſuras olim procedebat ab eodem Clavium poteſtatis exercitio, a quo abſolutio aut ligamen in foro pœnitentiali. IX. 23. *col.* 2. §. 2. & 24. *col.* 1. & 2. Hodie diſtinguitur poteſtas Clavium, in ea quæ ſunt Ordinis, & ea quæ ſunt Juriſdictionis. IV. 393. *col.* 2. *n.* 15. & 394. *col.* 1. *n.* 16. & *ſeqq.* Unde invaluerit hæc diſtinctio? IX. 25. *col.* 1. & 2. §. 3. Ad Clavem *Juriſdictionis* relata ſunt omnia ad Forum *judiciale* pertinentia: ad Clavem autem Ordinis omnia ad forum *pœnitentiale* & internum ſpectantia. IX. 26. *col.* 1. ſub §. 4. Cenſuræ injuſtæ, juris ſervato ordine prolatæ, obediendum in foro externo, ne non obedientia cedat in contemptum Clavium. IX. 69. *col.* 2. ſub §. 2. & 70. *col.* 1. & 2. Sunt caſus, quibus ſine contemptu Clavium non obeditur Excommunicationibus a Papa promulgatis. IX. 77. *col.* 1. & 81. *col.* 1. & 2. §. 7. & 82. & *ſeqq.* Contemptus non eſt dicendus intervenire contra præceptum aliquod Prælati, quando notorie Prælatus in ejuſmodi præcepto Clavium poteſtate abutitur. IX. 577. *col.* 1. & 2. ſub §. 2. Virtute Clavium ligatus, Clavium auctoritate ſolvendus. IX. 97. *col.* 1.

CLAUSURA MONIALIUM.

Epiſcopum a Viris eruditis. *ibid. n.* 5. Quid circa ordinationem Epiſcopi Ultrajectenſis Cornelii Steenovii a ſolo Epiſcopo Babylonienſi factam aſſerit Doctor Damen? *ibid. n.* 6. Quæ adſert in ſua diſſertatione de numero Epiſeoporum ad validam ordinationem Epiſcopi, & quibus rationibus nititur ſuam oſtendere opinionem? *ibid. col.* 2. *n.* 7. Utrum jure divino requirantur tres Epiſcopi in conſecratione Epiſcoporum? *ibid. n.* 8. Refellitur opinio Doctoris Damen, & auctoritates adductæ rejiciuntur. *ibid. col.* 2. *n.* 9. & 677. *col.* 2. Quid de ſpuriis Epiſtolis Summo Pontifici Anacleto adſcriptis? *ibid. col.* 2. *n.* 10. De altera Damaſi? *ibid n.* 11. Quid de Epiſtola Joanni III. affictа? *ibid. n.* 12. Quid auctoritatis ex veteribus monumentis eruere contendit dictus Damen? *ibid. n.* 13. & 678. *col.* 1. *n.* 14. Contentio non mediocris de Chorepiſcopis in Gallia & Germania exorta. *ibid. col.* 1. ſub *n.* 14. Quid ſentiendum de reſponſo Leonis III. circa validitatem Ordinationis Epiſcopalis factæ abſque interventu trium Epiſcoporum. IX. 678. *col.* 2. & 679. *col.* 1. Exponitur ſententia Morini. *ibid.* 679. *col.* 1. *n.* 15. Ex Conciliis Regienſi & Arauſicano non probatur invaliditas ordinationis ob defectum trium Epiſcoporum. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 16. Neque ex ratione Theologica. *ibid. col.* 2. *n.* 17. eoque minus ex inſtitutione Chriſti, uti conatus eſt probare eximius Damen, adſtruitur invalida ordinatio. *ibid. col.* 2. *n.* 18. Quid de diſpenſatione Pontificia ſuper numerum Epiſcoporum ad validitatem ordinationis Epiſcopi requiſitum ſentiendum, & an unus, vel duo ſufficiant? *ibid.* & 680. *col.* 1. Quid eruitur ex auctoritate Binii ad Canonem I. Apoſtolorum, & ad Pſeudo-epiſtolam Anacleti? *ibid. n.* 19. Exponitur ſententia P. Lupi, remiſſive. *ibid. col.* 2. *n.* 20. Probatur ex Pontificali Romano duos alios Epiſcopos præter Epiſcopum ordinatorem nequaquam adeſſe ut Miniſtros ordinarios, ſed duntaxat tamquam adſiſtentes, & teſtes ordinationis. IX. 681. *col.* 1. *n.* 21. Id etiam conſtat ex Canone II. Synodi Carthaginenſis IV. *ibid. col.* 2. *n.* 22. Adducuntur plura exempla P. Lupi de Epiſcopali ordinatione facta per unum Epiſcopum. *ibid. n.* 23. & 682. *col.* 1. Quod aſſeritur ex ratione Theologica ad valorem ordinationis requiri ſcilicet ad minus tres Epiſcopos, improbatur auctoritate S. Gregorii. *ibid.* 682. *col.* 1. & 2. *n.* 24. Circa Epiſcopi ordinationem factam ab uno Epiſcopo tria reſolvit P. Lupus. IX. 683. *col.* 1. *n.* 26. Quem pro nimio affectu & zelo erga Romanam Sedem in ejus explicandis prærogativis, a Sacrorum Canonum, ac veteris diſciplinæ ſenſu aberraſſe, apparet. *ibid. n.* 27. Allata Fagnani auctoritas opinioni D. Damen non favet. *ibid. n.* 28. & 684. *col.* 1. Numquam aliquis electus in Epiſcopum, Epiſcopi nomine appellatur, aut tamquam talis recognitus fuiſſet ante conſecrationem. IX. 684. *col.* 2. *n.* 32. Exemplum Evagrii a ſolo Paulino Epiſcopo ordinati exponitur. *ibid.* 685. *col.* 1. *n.* 33. Utrum diſpenſatio in Lege Canonica, quæ ad Epiſcoporum ordinationem canonice celebrandam tres ut minus Epiſcopos requirit, Pontifici Romano jam olim eſſet reſervata, in antiquitate nullum prorſus extat veſtigium. IX. 688. *col.* 1. *n.* 39.

Epiſcoporum Ordinatio an a pluribus Epiſcopis fieri debeat, & jampridem facta fuerit? VI. 344. *col.* 1. & 2. Unus Epiſcopus conferre poteſt Ordines inferiores. *ibid.* 345. *col.* 1. & 2. Olim Epiſcopus per Concilium Provinciale præficiebatur Eccleſiæ. *ibid.* 519. *col.* 2. & 520. *col.* 1.

Vide, *Ordo*, *Electio*, *Confirmatio*, *Conſecratio*.

Epiſcopi qualitates requiſitæ juxta Concordata Galliæ, & Concilium Tridentinum. I. 169. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Quæ requirantur in Epiſcopo doctrina & prudentia? VIII. 68. *col.* 2. & 69. *col.* 1. In ſacris præcipue litteris debet eſſe verſatus. *ibid.* 69. *col.* 1. & 98. *col.* 2. & 99. *col.* 1. Quæ populum docere debeat Epiſcopus? *ibid.* 69. *col.* 1. An ſecularium negotiorum peritum oporteat eſſe Epiſcopum? *ibid.* 70. *col.* 2. Epiſcopus debet eſſe hoſpitalis. *ibid.* 74. *col.* 1. & 2. Pudicus. *ibid.* 75. *col.* 1. Sobrius. *ibid. col.* 2. Non litigioſus; & quare? *ibid.* 77. *col.* 2. & 101. *col.* 1. Vitare debet nimiam domeſticarum perſonarum familiaritatem. VIII. 66. *col.* 2. Manſuetudine magis quam poteſtate agere debet. *ibid.* 77. *col.* 1. Epiſcopus a conſortio alienorum criminum etiam immunis eſſe debet. *ibid.* 97. *col.* 1. & 2. Debet eſſe Doctor, & aptus alios docere. *ibid.* 98. *col.* 2. Quomodo vitia ſubditorum redarguere debeat? *ibid. col.* 2. Debet eſſe liberalis in pauperes. *ibid.* 99. *col.* 1. Non ſit turpis lucri cupidus. VIII. 99. *col.* 2. & 100. *col.* 1. Debet viduis & pupillis protectionem impendere. *ibid.* 100. *col.* 1. diſcordantium concordiam procurare. *ibid.* 101. *col.* 1. & 2. Domui ſuæ bene præpoſitus. *ibid.* 101. *col.* 1. & 2. An magis expediat eum eſſe Graduatum in Theologia quam in Jure? I. 169. *col.* 1. *n.* 2. Non ſufficit, quod

ſit Graduatus. I. 185. *col.* 1. & 2. *n.* 21. Quam remotus eſſe debeat ab ambitu? *ibid.* 173. *col.* 1. *n.* 11. Quare Apoſtolus voluerit Epiſcopum eſſe unius uxoris virum? II. 293. *col.* 2. *n.* 3. & 294. *col.* 1. & VIII. 59. *col.* 2. Non percuſſorem. IV. 384. *col.* 2. *n.* 41. & 385. *col.* 1. & VI. 363. *col.* 1. & VIII. 76. *col.* 2. & 77. *col.* 1. & *ibid.* 99. *col.* 2. An ob ſolum corporis vitium ab Epiſcopatn quis ſit arcendus? VI. 385. *col.* 1. Recenter baptizatus, aut ex vita gentili converſus, ad Epiſcopatum non promovendus, niſi extraordinaria vocationis ſigna appareant. *ibid.* 386. *col.* 1. & 410. *col.* 2. & 411. & *ſeq. col.* 1. & 2. Quantopere Eccleſia horruerit ambitionem & turbulentum ſpiritum in Epiſcopis? VI. 463. *col.* 1. & 2. & VIII. 77. *col.* 1. & 2.

Vide, *Ambitio*, *Ambitus*.

Epiſcopus eſt primarius Paſtor ſuæ Diœceſis. I. 239. *col.* 1. & 2. *n.* 1. Ob hanc curam Epiſcopatus ſemper habitus fuit pro formidabili onere. *ibid. col.* 2. *n.* 2. Miniſtri inferiores a cura ſuæ Diœceſis Epiſcopum non eximunt. *ibid. n.* 3. Quid de Epiſcopis, qui curam populi non recipiunt, vel per malitiam populi non recipiuntur? VI. 367. *col.* 2. Per ſe curam Cleri & populi agere debebant. VI. 376. *col.* 1. Epiſcopus cogendus a Synodo ad regendam ſuam Eccleſiam. VI. 520. *col.* 2. & 521. *col.* 1. & 2. Quid de Epiſcopis, qui, relictâ Cathedrali Eccleſiâ, ad ruralem aliquam Eccleſiam a Civitate remotam, ut mollius & liberius agere poſſent, ſe conferebant? VII. 264. *col.* 2. & 265. *col.* 1. Omnes Presbyteri ſunt in Epiſcopi adjutorium. I. 239. *col.* 2. *n.* 4. & 240. *col.* 1. Solus poteſt dare curam animarum. *ibid. col.* 2. *n.* 8. Illud etiam conforme eſt moribus Belgii. *ibid. n.* 9.

Vide, *Cura animarum*, *Diœceſis*.

Epiſcopi Ordinum ſacrorum ordinarii miniſtri. II. 252. *col.* 1. *n.* 1. Jus hoc Epiſcopis Patres uno conſenſu tribuerunt. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 2. Eugenius IV, & Synodus Tridentina Epiſcopum Ordinationis miniſtrum dixerunt. *ibid. n.* 3. Id de *ordinaria* poteſtate intelligendum, non de delegata. *ibid. n.* 4. & 253. *col.* 1. Epiſcopi jus Ordinaticnis ultra ſuas Diœceſes extendere non poſſunt. *ibid.* 253. *col.* 1. *n.* 5.

Epiſcopi non conſtituendi in pagis vel in villulis. VI. 561. *col.* 1. Non ordinetur Epiſcopus in vicis aut civitatibus minoribus, ubi unus Presbyter ſufficit. VII. 130. *col.* 2. Non conſtituendi duo Epiſcopi in una civitate. VI. 425. *col.* 2. & VIII. 386. *col.* 2. Exceptio. *ibid. col.* 2. & 387. *col.* 1.

Epiſcopus in ſua juriſdictione non poteſt turbari, ne quidem per Legatum a latere. I. 353. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & 2. & *ſeqq.*

Vide, *Exemptio*, *Juriſdictio*, *Officialis*.

Epiſcopi Eccleſias ſibi ſubjectas viſitare debent. VIII. 148. *col.* 2.

Vide, *Viſitatio*.

Epiſcoporum præcipuum munus eſt prædicatio verbi Dei. I. 249. *col.* 2. *n.* 1. & 2. Synodus Tridentina iterato declarat Epiſcopos teneri ad verbum Dei per ſeipſos prædicandum. *ibid. n.* 3. & 250. *col.* 1. Quanta Epiſcopo ſit prædicandi obligatio? VII. 347. *col.* 1. & 2. & VIII. 75. *col.* 1. & 2. Quoties verbum Dei annuntiare teneatur? I. 250. *col.* 2. *n.* 7. Cur hæc minus aliis potuerit committi ab Apoſtolis quam adminiſtratio Baptiſmi? *ibid.* 249. *col.* 2. *n.* 2. Epiſcopi præcipue intendere debent, ut populus rite ſit inſtructus. *ibid.* 250. *col.* 2. *n.* 8. & 251. *col.* 1. Nihil omittere poſſunt, quod ad inſtructionem populi ſit neceſſarium. I. 252. *col.* 1. *n.* 13. Eorum auctoritas circa prædicationem verbi Dei. I. 253. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Juxta Synodum Trullanam Epiſcopus in aliena civitate publice docens, ad Presbyteri miniſterium deprimendus. VII. 348. *col.* 1. & 2.

Vide, *Approbatio*, *Prædicatio*.

Epiſcopis debetur reverentia. VII. 143. *col.* 2. & 144. *col.* 1. Etiam a Capitulo Cathedrali, quantumvis exempto. I. 99. *col.* 2. *n.* 2. & 101. *col.* 1. *n.* 9.

Epiſcopus orationi pro grege ſuo tenetur inſiſtere, & Miſſæ Sacrificium offerre, quoties & quo tempore? I. 259. *col.* 2. *n.* 1. & 260. *col.* 1. & 2. *n.* 3. & 4. Tenetur populo ſpiritum orationis inculcare; & quibus mediis id poſſit efficere? *ibid.* 260. *col.* 2. *n.* 5. Certam horam ipſe Epiſcopus orationi deſtinare debet. I. 260. *col.* 1. *n.* 2.

Vide, *Oratio*.

Epiſcopis auctoritas neceſſaria, ut fideles ad mundi contemptum excitent. III. 442. *col.* 1. *n.* 26. Ideo vel maxime modeſtia & frugalitas ab Epiſcopis adhibenda, ut fidelibus præluceant. *ibid. col.* 2. *n.* 30. & 443. *col.* 1. Quantam in omnibus ſimplicitatem ſervaverit Bartholomæus de Martyribus præcipuus funſor Decreti Tridentini contra luxum Prælatorum; & quem eâ occaſione habuerit diſcurſum? *ibid.* 443. *col.* 1. *n.* 31. & *col.* 2. *n.* 36. & 444. *col.* 1. & 2.

Epiſcopus non niſi frugaliter uti poteſt bonis Eccleſiæ. III. 438. *col.* 1. *n.* 3. & 439. *col.* 1. & 2. *n.* 11. Frugalitas & parcimonia

nia

Digitized by Google

nia requiſita in ejus veſtitu, ſupellectili, menſa, & in tota ejus familia. *ibid.* 440. *col.* 1. & 2. *n.* 13. 14. 15. & 16. Prætextus in contrarium diſcutiuntur & refutantur. *ibid.* 441. *col.* 2. *n.* 23. & *ſeqq.* Solliciti fuerunt SS. Epiſcopi, ne ex bonis Eccleſiæ ultra neceſſaria acciperent. III. 438. *col.* 1. & 2. *n.* 4.

Epiſcopus debet eſſe quaſi Diſpenſator & Promus Pauperum. III. 439. *col.* 1. *n.* 10. Epiſcopi paſſim diripientes & fraudantes bona Eccleſiæ, vocantur ſimpliciter *pauperum* necatores. III. 435. *col.* 1. *n.* 16. Quæ pœna in Epiſcopos Clerico inferiori inopiâ laboranti neceſſaria non ſuppeditantes? VI. 376. *col.* 1. & 2. Epiſcoporum auctoritas in Hoſpitalia & loca pia a cura pauperum, quæ Apoſtolis incumbebat, derivata. III. 636. *col.* 2. *n.* 2. & *ſeqq.* & 645. *col.* 2. *n.* 52. Qualis ſit eorum in hac materia auctoritas? III. 642. *col.* 2. *n.* 48. & 643. *col.* 1. & 2. *n.* 49. & *ſeqq.*

Vide, *Hoſpitale*, *Teſtamentum*, *Fundatio*, *Luxus*.

Epiſcopis olim non licebat ad tranſmarinas oras navigare ſine dimiſſoriis Primatis. VII. 247. *col.* 2.

Vide, *Teſtimoniales*.

Epiſcopus ſemper habitus fuit caput ſui Cleri, & uti talis a Capitulo Cathedrali agnoſci debet, non obſtante exemptione. I. 99. *col.* 2. *n.* 5. & 2. In Cathedrali exempta ſolemniter ad ſuam Cathedram deducitur. *ibid.* 500. *col.* 1. & 2. *n.* 6. Danti benedictionem omnes tenentur ſe inclinare. *ibid.* in *eod. n.* Quis locus ei competat in Capitulo exempto? *ibid. col.* 2. *n.* 7. Convenit ut ei præſideat. *ibid.* 101. *col.* 2. *n.* 1. Conſilium Capituli petere, non tamen regulariter ſequi tenetur. *ibid.* 104. *col.* 2. *n.* 5. In quibus teneatur habere conſenſum Capituli? *ibid.* 105. *col.* 1. *n.* 6. & *ſeqq.*

Epiſcopum procedentem ad Sacrarium Presbyteri debebant olim comitari, non prævenire. VI. 560. *col.* 2. & 561. *col.* 1. Hujus diſciplinæ hodie eſt veſtigium in Eccleſiis Cathedralibus. *ibid.* 561. *col.* 1. Veritum inferioribus Miniſtris quidquam agere, inconſulto Epiſcopo. *ibid.* 561. *col.* 2.

Epiſcopi poſtularunt unionem Præbendæ ſuo Epiſcopatui, ut Capitulum tamquam Canonici intrare poſſent. I. 101. *col.* 2. *n.* 3. & 502. *col.* 1. Non eſt novum, quod Epiſcopus in qualitate Canonici Capitulo interſit. *ibid.* 102. *col.* 1. *n.* 4. Unde dignoſcatur, an interveniat ut Canonicus, an ut Prælatus? *ibid. col.* 2. *n.* 5. Quem locum obtineat, dum intervenit ut Canonicus? *ibid. n.* 6. Non præſidet, dum intervenit ut Canonicus, niſi privilegio aut conſuetudine. *ibid. n.* 7. Quod ſuffragium habeat, quando intervenit ut Canonicus; & quale, quando ut Epiſcopus? *ibid.* 103. *col.* 1. *n.* 8.

Epiſcopi Synodis Diœceſanis ſuam auctoritatem impertiunt. I. 290. *col.* 2. *n.* 1. Soli in Synodis Provincialibus habent ſuffragium deciſivum. *ibid.* 321. *col.* 2. *n.* 16. & 17.

Epiſcopi ſunt naturales Inquiſitores fidei. I. 372. *col.* 2. *n.* 1. & IV. 114. *col.* 1. *n.* 47. & 127. *col.* 2. *n.* 1. Quo ſeculo doceri cœperit cauſas fidei, aliaſque majores cauſas ad Sedem Apoſtolicam eſſe referendas? IV. 129. *col.* 1. *n.* 8. In defendenda Epiſcoporum auctoritate plurimi inter Gallos, ore & calamo deſudarunt; & quinam illi fuerint; *ibid. col.* 2. *n.* 13. & 130. *col.* 1. Multis probat Gerſonius ineſſe Epiſcopis jus pronuntiandi an catholica, an erronea ſit hæc vel illa propoſitio? *ibid.* 130. *col.* 1. & 2. *n.* 14. Ea ſemper conſtans extitit Gallorum doctrina. *ibid. col.* 2. *n.* 15. Eam Regii Magiſtratus ut Libertatum Eccleſiæ Gallicanæ baſim ſpectarunt. *ibid. n.* 16. & 131. *col.* 1. Auctoritatem Epiſcoporum in reprobandis erroribus aſſeruerunt quoque Epiſcopi Belgæ. *ibid.* 131. *col.* 1. *n.* 17. Ex Epiſcoporum ſententia determinandum & intelligendum quid *fide* tenendum ſit. VII. 40. *col.* 1.

Epiſcoporum auctoritas circa Officium Divinum, Sacrificium Miſſæ. Vide, *Miſſa*, *Officium Divinum*.

Epiſcopus Clericum degradatum tradens Brachio ſeculari, an fiat irregularis? II. 309. *col.* 2. *n.* 9. & 310. *col.* 1.

Epiſcopo diviti patrimonio non licet ex reditibus Eccleſiæ vivere. VII. 376. *col.* 2.

Epiſcoporum auctoritas circa Beneficia, item bona Eccleſiæ, tam ex antiqua quam moderna diſciplina. Vide, *Beneficium*, *Bona Eccleſiæ*.

Epiſcoporum res propriæ, ſi tamen proprias habeant, debent eſſe manifeſtæ; & quare? VI. 526. *col.* 2. & 527. *col.* 1. Res Epiſcopi poſt ejus obitum a Clericis non diripiendæ. VII. 95. *col.* 2. & 96. *col.* 1. Jampridem Epiſcopi privatas poſſeſſiones habuerunt. *ibid.* 142. *col.* 1. Epiſcopus in diſpoſitione ſuarum rerum, præferre Eccleſiæ vetatur Hæreticos vel Schiſmaticos etiam conſanguineos, non vero conſanguineos orthodoxos. *ibid.* 273. *col.* 1. & 2. Quid Canone Trullano ſtatutum circa defuncti Epiſcopi res proprias vel Eccleſiæ ipſius? *ibid.* 362. *col.* 1. Praxis hodierna in hujuſmodi. *ibid. col.* 2. Morientis Epiſcopi bona cui reſervanda? VIII. 165. *col.* 2. Acquiſita ab Epiſcopo ex Eccleſia cedere

debent Eccleſiæ. VIII. 194. *col.* 1. & 2.

Epiſcoporum, in Concilio Nicæno II. arguitur avaritia. VII. 457. *col.* 2. & 458. *col.* 1. & 2.

Vide, *Avaritia*.

Epiſcoporum reſidentiæ neceſſitas evincitur ex Canone Sardicenſi; & qualis hæc reſidentia eſſe debeat? VII. 141. *col.* 1.

Vide, *Abſentia*, *Reſidentia*.

Epiſcoporum auctoritas in Monaſteria. Vide, *Clauſurà*, *Exemptio*, *Regularis*, *Ordinarius*, *Viſitatio*, *Monaſterium*.

Epiſcopus ſolus habet juriſdictionem per totam ſuam Diœceſim. IV. 169. *col.* 1. *n.* 11. Ad ejus excluſionem nemo juriſdictionem exercere poteſt, niſi eam plene probaverit. *ibid.* *n.* 12. In hac ſua juriſdictione non poteſt turbari, nequidem per Legatum *a latere*. *ibid.* 168. *col.* 2. *n.* 6. & I. 353. *col.* 1. *n.* 1. & 2.

Vide, *Exemptio*, *Juriſdictio*, *Officialis*.

Epiſcoporum auctoritas qualis olim fuerit in decidendis cauſis? IV. 169. *col.* 1. & 2. *n.* 13. & 14. Quà ratione primitus procederent in illis decidendis? *ibid.* *col.* 2. *n.* 15. Quinam poſtmodum irrepſerint abuſus. *ibid.* 170. *col.* 2. *n.* 21. Duo ſibi vendicarunt Epiſcopi, proprium territorium in ſua Diœceſi, & regimen Eccleſiaſticum ad normam regiminis Civilis. *ibid.* 171. *col.* 2. *n.* 28.

Epiſcopus circa Presbyteros & Diaconos alteri ſubjectos nihil conſtituere poteſt ſine alterius conſenſu. VI. 524. *col.* 2. & 525. *col.* 1.

Epiſcoporum auctoritas in Teſtamenta a Chriſtianis Imperatoribus ipſis demandata. IV. 42. *col.*, 1. *n.* 3. & *ſeqq.* Qualis ſit eorum in hac materia auctoritas? *ibid.* 42. *col.* 2. *n.* 7. & *ſeqq.*

Vide, *Teſtamentum*.

Epiſcoporum cura circa miſerabiles perſonas, ut juſtitia illis adminiſtretur. IV. 51. *col.* 2. *n.* 24. & 52. *col.* 1. *n.* 27. & VIII. 96. *col.* 2. & 97. *col.* 1. Item circa captivos. IV. 290. *col.* 1. & 2. *n.* 22. & *ſeqq.* & 291. *col.* 1. & 2.

Vide, *Cauſa*, *Miſerabiles perſonæ*.

Epiſcopi, qui dicebantur Chorepiſcopi, quinam fuerint? VI. 457. *col.* 2. & 510. *col.* 1. & 2. & 511. & *ſeq.* *col.* 1. & 2.

Vide, *Chorepiſcopus*.

Epiſcopo, juxta Sardicenſem Canonem, non licet tranſire ad Eccleſiam vacantem alterius Provinciæ, niſi invitatus fuerit; & quare? VII. 124. *col.* 1.

Epiſcopus accuſatus de crimine, ſi tertio vocatus non comparet, a Synodo Provinciali judicandus. VI. 383. *col.* 1. & 2. Nec unus ſolus, nec hæreticus contra Epiſcopum, ut teſtis, admittatur. *ibid.* 384. *col.* 1. & 2. Quid Synodus Antiochena contra Epiſcopos, qui depoſiti ad Imperatorem confugiebant? VI. 513. *col.* 2. & 514. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. Epiſcopi in Synodis Provincialibus judicandi, vel ab Epiſcopis e vicina Provincia advocandis. VI. 517. *col.* 2. & 518. *col.* 1. Epiſcopus in Synodo Provinciali condemnatus, non ab aliis denuo judicandus. *ibid.* *col.* 2. Datur tamen appellatio ad majorem Synodum. VII. 24. *col.* 1. & 2. Datur etiam recurſus ad Summum Pontificem. VII. 124. *col.* 2. & 125. *col.* 1. & 2. & 126. *col.* 1. & 2. Qualis ſit hic recurſus? *ibid.* 127. *col.* 1. & 2. & 128. *col.* 1. & 2.

Epiſcopus ſuâ ſede ſpoliari non poteſt, niſi ſervato Juris ordine. VIII. 128. *col.* 1. Aliter ſpoliatus ante omnia reſtitui debet. *ibid.* An Epiſcopi ſine auctoritate Romani Pontificis poſſint deponi? *ibid.* *col.* 2. & 131. *col.* 2. A Regula de non ſpoliando Epiſcopo, niſi ſervato Juris ordine, immerito excipit Gratianus Epiſcopum Romanum. VIII. 129. *col.* 1. & 2. Epiſcopis accuſatis tempus ſufficiens concedendum ad ſui defenſionem. *ibid.* *col.* 2. Quot requirantur ad judicandum Epiſcopum de crimine accuſatum? *ibid.* 131. *col.* 1. & 2. An Epiſcopus non comparens, ut ſe purget, a communione ſit removendus? *ibid.* 134. *col.* 1. & 2. An & quando per Procuratorem cauſam agere valeat? *ibid.* 135. *col.* 2. Abſque Synodali auctoritate damnari non debet. *ibid.* *col.* 2. Requirit præterea Gratianus ex falſis Decretalibus, ut Sedis Apoſtolicæ auctoritas interveniat. *ibid.* & 136. *col.* 1. An Epiſcopi ſimplici aſſertioni credi debeat? VIII. 137. *col.* 2. Extra Provinciam appellare non poteſt. *ibid.* 138. *col.* 1. Quomodo judicandus, ſi electi Judices inter ſe non concordent? *ibid.* 138. *col.* 1. & 2. Dum Judices concordant, eorum ſententia debet eſſe immobilis. *ibid.* *col.* 2. An Epiſcopus poſſit Epiſcopatui renuntiare, & utrum alius, eo vivente, ſit ordinandus? *ibid.* 139. *col.* 1. & 2. Alius ſubſtitui poteſt, ſi Epiſcopus infirmitate gravatus id petat. *ibid.* *col.* 2. Epiſcopo infirmo divina Officia peragenti adjutor debet aſſiſtere. *ibid.* *col.* 2. & 140. *col.* 1. An & quà moderatione Epiſcopo ſenectute gravato dandus ſit Coadjutor? VIII. 140. *col.* 1. & 386. *col.* 2. & 387. *col.* 1. An & quando, metu perſecutionis, liceat Epiſcopo ſeparari a grege? VIII. 142. *col.* 2. & 143. *col.* 1. An Epiſcopus accuſatus, & a Sancta Sede vocatus, nequeat ſine licentia Romani Pontificis Romà diſcedere? *ibid.* 145. *col.* 2. Epiſcopus ſine Concilii examine Presbyterum aut Dia-

Digitized by Google

Diaconum damnare non poteſt. *ibid.* 177. *col.* 1. & 2.

Epiſcopi non arbitrio Romani Pontificis, aut ſuorum reſpective Metropolitanorum ſubjacent, ſed *Canonibus* & *Legibus*. IX. 527. *col.* 1. Ipſi Epiſcopi eodem jure uti tenentur erga ſuos Parochos. *ibid. col.* 1. & 2.

Vide, *Cauſæ majores*, *Accuſatio*, *Synodus Provincialis*.

Epiſcopi ſucceſſores ſibi eligere nequeunt; & quare? VI. 384. *col.* 2. & 385. *col.* 1. & 525. *col.* 2. & 526. *col.* 1. Licet tamen Epiſcopo ſucceſſorem ſuggerere, uti ſuggeſſit ſanctus Auguſtinus. *ibid.* 526. *col.* 1. An & quo ſenſu Epiſcopus ſucceſſorem deſignare aut inſtituere poſſit? VIII. 143. *col.* 2. & 144. *col.* 1.

Epiſcopi jampridem a Principibus in Conſilium adhibiti. VII. 132. *col.* 2. & 133. *col.* 1.

Epiſcoporum ad Curias Principum nimia evagatio, a Patribus Sardicenſibus coërcita. VII. 131. *col.* 2. & 132. *col.* 1. & 2. Quot mala nata ſint oriri ex illa evagatione. *ibid.* 132. *col.* 1. Quomodo ſe gerere debeant Epiſcopi, ut in aulis Principum invitati & neceſſitate compulſi utiliter commorentur. *ibid.* 133. *col.* 1. Poſſunt interdum nec invitati, nec accerſiti, ad aulas Principum accedere ad officia charitatis proximo impendenda. *ibid. col.* 1. & 2. Vult Synodus Sardicenſis, ut Epiſcopus negotium habens apud Principem, Diaconum mittat. *ibid.* 134. *col.* 1. & 2. Caſu quo mittitur Diaconus ad aulas Principum, quibus ſit inſtruendus, & quid olim eſſet attendendum circa ſupplicationes, quæ ipſi ad Curiam perferendæ tradebantur? *ibid. col.* 2. & 135. *col.* 1. & 2. Epiſcopi ad Palatium Principis non debent accedere, niſi cogente neceſſitate. VII. 134. *col.* 2. Quæ cautio circa Epiſcopos ad Curiam accedentes. *ibid.* 136. *col.* 2. & 137. *col.* 1. & 2.

Epiſcopi Aulici arguuntur. VII. 303. *col.* 1.

Epiſcopus non poteſt quemquam excommunicare ob ſibi illatam injuriam. VIII. 216. *col.* 1. Epiſcopo probroſum non eſt revocare quod temere fecit. *ibid.* 232. *col.* 2.

Epiſcopus ob incurſiones barbaricas a ſua Sede capeſſenda impeditus, honore tamen & munere Epiſcopali, juxta Canonem Trullanum fungitur. VII. 364. *col.* 1. & 2. Epiſcopi hujuſmodi multum diſtabant ab hodiernis Epiſcopis Titularibus. *ibid. col.* 2. Diſparitatis ratio. *ibid.* & 365. *col.* 1.

Vide, *Epiſcopus Titularis*.

Epiſcopus tranſiens ad vitam monaſticam, an ad Epiſcopatum redire valeat? VII. 491. *col.* 2. & 492. *col.* 1. & VIII. 142. *col.* 1. & 2.

Anathema in Magiſtratus *ſine cauſa* verberantes aut incarcerantes Epiſcopos. VII. 492. *col.* 2.

Epiſcopi olim intercedebant pro reis, ut eos ad pœnitentiam perducerent, nequaquam ut eos a punitione eximerent. II. 308. *col.* 1. *n.* 2. & VIII. 218. *col.* 1. & 2. & IX. 106. *col.* 1. & 2. & 107. & *ſeqq. col.* 1. & 2.

Vide, *Interceſſio*.

Epiſcopi militare & ad caſtra proficiſci vetantur. VIII. 225. *col.* 2. & 226. *col.* 1. & 2.

Epiſcopi univerſalis titulus Romano Pontifici non attribuendus. VIII. 111. *col.* 2. & 112. *col.* 1.

EPISCOPUS TITULARIS.

Epiſcopi Titulares dicuntur, qui ordinantur ad id ſolum, ut characterem & dignitatem Epiſcopatus accipiant; quod jampridem deploratum. I. 213. *col.* 1. ſub *n.* 1. Epiſcopos Titulares ſine populo & Clero ordinari primis ſeculis inauditum & incognitum fuit. VII. 365. *col.* 1. Poſterioribus ſeculis admodum frequentes fuerunt. *ibid.* Eorum origo & progreſſus. I. 213. *col.* 1. & 2. *n.* 3. Olim e functionibus Epiſcopalibus turpem quæſtum quærentes, Epiſcoporum Diœceſes & regimen turbabant. *ibid. col.* 2. ſub *eod. n.* Concilium Ravennatenſe prohibuit, ne ad obeunda Epiſcoporum munia admitterentur. *ibid. col.* 2. *n.* 4. & 214. *col.* 1. Uſus hodiernus huic Decreto contrarius. *ibid.* 214. *col.* 1. *n.* 5. Abuſus in Epiſcopis Titularibus notati. *ibid. n.* 6. Abuſus præcipuus inter Religioſos obtinuit; & quare? VII. 365. *col.* 1. & 2. Quid de iis ſenſerint Canoniſtæ & Doctores? I. 214. *col.* 2. *n.* 7. Eorum querelæ non diriguntur adverſus quoslibet, qui Titulares habentur. *ibid.* 215. *col.* 1. *n.* 8.

Epiſcopos Titulares inter & Portativos diſcrimen. III. 119. *col.* 2. *n.* 11.

Epiſcoporum Titularium creatio, ſacris Canonibus inviſa. VII. 365. *col.* 2.

EPISTOLÆ PASTORALES.

Epiſtolæ Paſtorales inſtructioni Cleri & populi multum inſerviunt. I. 251. *col.* 1. *n.* 9. Id egregie præſtitit S. Carolus. *ibid. n.* 10. Variæ ejus epiſtolæ expenduntur. *ibid.* 251. *col.* 1. & 2. *n.* 11.

EPULÆ.

Epulæ Chriſtianorum ſint modeſtæ. VII. 486. *col.* 1. Quænam cautelæ adhibendæ circa accubitum ad menſam cum mulieribus. VII. 485. *col.* 1. & 2. Mulierum familiaritas illic vitanda eſt, præſertim ab hominibus Deo ſacratis.

Digitized by Google

eratis. *ibid. col.* 2. Quâ cautelâ quandoque permittatur edere cum mulieribus? *ibid.* 486. *col.* 2.

Vide, *Convivium*.

EQUITIUS.

Equitius, unus ex Africæ Epiſcopis, cujus occaſione in Eccleſia factæ ſunt ſciſſuræ, ad quas compeſcendas deputantur Epiſcopi. VII. 270. *col.* 1. Non morem gerit Deputatis Equitius; ideoque de eo compeſcendo Decretum Synodi generalis Africanæ. VII. 291. *col.* 2.

EREMITA.

Eremitarum verorum vita angelica. VII. 369. *col.* 2.

Eremitarum falſorum, ſeu *gyrovagorum* deſcriptio. VII. 370. *col.* 2. & 371. *col.* 1. Coërcendi tales Monaſticæ & Solitariæ vitæ ſimulatores. *ibid.* 371. *col.* 1.

ERROR.

Error, quale ſit Matrimonii impedimentum. II. 399. & *ſeq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.*

Vide, *Impedimentum*.

Error circa fidem an ſit ſemper hæreſis? IV. 107. *col.* 1. & 2. *n.* 11. & *ſeqq.* & 108. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Epiſcopi, Apoſtolorum ſucceſſores, eorum auctoritate fruuntur in condemnandis erroribus. IV. 128. *col.* 2. *n.* 5. & *ſeqq.*

Vide, *Fides*, *Hæreſis*, *Schiſma*.

ESPEN.

Eſpen (Van) impugnat ſententiam Chriſtiani Lupi circa ea, quæ accipiuntur a Monachandis ſponte oblata, vel quæ non oblata ab eiſdem exiguntur. V. 57. *col.* 2. *cap.* 2. §. 1. & 58. & *ſeqq. col.* 1. & 2. An ideo *de amaritudine zeli* & *livore edaciore* inſimulandus? V. 110. *col.* 1. & 2. & 111. & *ſeqq. col.* 1. & 2. An in ea Diſſertatioois parte, quæ circa *Simoniæ vitium* verſatur, habendus ſit ut *apertus Monachorum invaſor*? *ibid.* 114. *col.* 2. §. 4. & 115. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Ao recte ipſi eidem Van-Eſpen objiciatur, quod ſcriptum ſuum *ut Evangelium* haberi voluerit? V. 116. *col.* 1. & 2. §. 5. An recte ipſi objiciatur, quod *manum ſuam mittat ad alterius aratrum, & terram, quam arat, non noverit*? *ibid.* 117. *col.* 1. & 2. §. 6. & 118. & *ſeq. col.* 1. & 2. An recte reprehendatur quod dixerit per dogma Lupi everti Statutum ſui Ordinis? V. 123. *col.* 1. & 2. §. 2. Utrum recte in patrocinium P. Lupi adducatur quædam Reſolutio Romæ anno 1680. impreſſa, vel auctoritas E. D. De Luca S. R. Eccl. Card.? *ibid.* 124. *col.* 2. §. 3. & 125. *col.* 1. & 2. Ipſius doctrinæ de vitio Simoniæ in Diſſertatione Canonica traditæ non contrariatur Epiſtola dogmatica Rodulphi Abbatis S. Trudonis. V. 126. *col.* 1. & 2. *cap.* 3. §. 1. & 127. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Quantumvis Rodulphus, aut alius etiam majoris eruditionis Auctor, imo Capituli aut Congregationis Statutum doctrinæ Diſſertationis eſſent contraria, inde tamen falſitas ipſius non evinceretur. V. 129. *col.* 2. §. 4. & 130. & *ſeqq. col.* 1. & 2.

Eſpen ut Reformator impetitur; circa quod invidioſum nomen plura diſſerit. V. 132. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Honorificum ei eſt, Reformatorem eſſe, quales Concilia Generalia & Summi Pontifices fuerunt. V. 230. *col.* 1. & 2. & 231. & *ſeq. col.* 1. & 2.

Eſpen (Van) Apologia, quâ ſe vindicat a *Palinodia*, & Bullæ Clementis VIII. *capitali corruptione*. V. 182. & *ſeqq.* Reflexio Auctoris ſuper corruptionibus Bullæ Clementis VIII. quæ ipſi imputabantur. V. 215. *col.* 2. & 216. *col.* 1. & 2. Ao ſit auctor translationis libelli *de Peculiaritate* in idioma Flandricum *ibid.* 214. *col.* 1. & 2. & 215. *col.* 1. Reflexiones Van-Eſpen ſuper libello, cui titulus: *Suſanna innocens*, &c. *ibid.* 217. *col.* 2. & 218. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Notam *Antipapalis* inique illi impactam, a ſe & a ſuis ſcriptis amolitur. VI. 149. Ei falſo ſcripta impia & ſeditioſa ſupponit Pater Deſiderantius, qui ob calumniam in exilium pulſus eſt. IX. 176. *in nota*. Judicium, ſeu Inſtructio Paſtoralis Eminentiſſimi Cardinalis Biſſy Epiſcopi Meldenſis de doctrina a Domino Van-Eſpen in omnibus ejus operibus, ſive tractatibus inſperſa. IX. 421. *col.* 1. & 2. & 422. & *ſeqq.* Æquitas Sententiæ Parlamenti Mechlinienſis in cauſa ventilata & deciſa inter Zegerum Bernardum Van-Eſpen & DD. *Conſiliarios Fiſcales* ejuſdem Parlamenti ipſi junctos, Supplicantes, & D. Petrum Govarts Diœceſis Sylvæducenſis Vicarium Apoſtolicum, Reſcribentem, ex Actis in hac cauſa coram Parlamento exhibitis contra Dialogos a D. Reſcribente poſt latam Sententiam divulgatos, demonſtrata. IX. 427. & *ſeqq.* Operum Eſpenianorum hiſtorica ſynopſis. I. i. & *ſeqq.*

ETHNICUS.

Vide, *Paganus*.

EVANGELIUM.

Evangelium non poteſt *fideliter* annuntiari

ſine mundi perſecutionibus & odiis. V. 292. *col.* 1. Non licet Eccleſiaſticis *evangelizare, ut manducent*. III. 432. *col.* 1. *n.* 26. & 446. *col.* 2. *n.* 3. & V. 312. *col.* 2. §. 4. & 313. *col.* 1. & 2. Sacrilega eſt Evangelii profanatio, ut quis ad ſtatum Eccleſiaſticum promoveatur, ut ex Evangelio vivat. V. 322. *col.* 1. Ritus legendi Evangelium in Officio Eccleſiaſtico antiquiſſimus. VI. 541. *col.* 1. Quo die legeretur? *ibid. col.* 2.

Evangeliorum liber primas obtinet in locis, ubi celebrantur Concilia. VII. 30. *col.* 2. & 31. *col.* 1. & 58. *col.* 2. Uſus antiquus Codicem Evangelicum oſculandi & adorandi. VII. 394. *col.* 2.

Vide, *Alimenta*, *Beneficium*, *Bona Eccleſiaſtica*, *Diſtributiones*, *Scriptura ſacra*.

EUCHARISTIA.

Euchariſtiæ materia eſt verus panis triticeus, & vinum de vite; apud Latinos panis azymus, apud Græcos fermentatus. II. 65. *col.* 1. & 2. *n.* 4. & *ſeqq.* Olim Eccleſia Latina etiam uſa eſt fermentato. *ibid. col.* 2. *n.* 6. Agnoſcunt Latini utrumque panem eſſe materiam ſufficientem. *ibid. n.* 7. Quiſque debet ſervare in uſu panis conſuetudinem & præſcriptum ſuæ Eccleſiæ. *ibid. n.* 8. & 66. *col.* 1. Forma hujus Sacramenti ſunt verba, quibus Chriſtus illud confecit. *ibid.* 66. *col.* 1. *n.* 9. Ejus forma in omnibus Liturgiis non eodem modo exprimitur. *ibid. n.* 10. Ejus diverſitas quoad formam conſecrationis Calicis. *ibid. n.* 11. Forma hodierna neceſſario ab omnibus exacte ſervanda. *ibid. col.* 2. *n.* 13. Solus Sacerdos poteſt Euchariſtiam conficere. *ibid.* 67. *col.* 1. *n.* 15. Quid de hoc Sacramento habeant moderna profeſſio fidei, & Synodus Tridentina? II. 64. *col.* 2. *n.* 1. & 2. De veritate Sacramenti Euchariſtiæ, & præparatione ad illud requiſita. VIII. 295. *col.* 2.

Euchariſtiam ſolus Sacerdos poteſt hodie diſtribuere. II. 67. *col.* 2. *n.* 20. & 68. *col.* 1. Olim etiam Diaconi diſtribuebant. I. 9. *col.* 1. & 2. *n.* 10. & II. 67. *col.* 1. & 2. *n.* 16. ſed proprie Calicem. *ibid. col.* 2. *n.* 17. Quamdiu hæc diſciplina duraverit? *ibid. n.* 19. Ejus rei adhuc extat veſtigium in oblatione Calicis. *ibid.* in *eod. n.* Quid in Synodo Trullana circa priſtinam diſciplinam, quâ Laici manu ſuâ Euchariſtiam ſumebant & ori ſuo admovebant? VII. 383. *col.* 1. & 425. *col.* 1. Mos iſte ſenſim & varie mutatus. *ibid.* 425. *col.* 2. Reprobatur abuſus circa delationem Euchariſtiæ ad infirmos per Laicum. VIII. 295. *col.* 1. Solus Parochus eam diſtribuit jure ordinario. II. 67. *col.* 2. *n.* 20. & 68. *col.* 1. Regularibus aliquando inhibita ejuſdem diſtributio ſine conſenſu Parochi. *ibid.* 68. *col.* 1. *n.* 21. Unde contraria licentia invaluerit, & quæ inde incommoda? *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 23. & 24. Decretum Epiſcopi Gandenſis inhibens Regularibus tam publicam quam occultam Euchariſtiæ delationem ad infirmos, extra ſepta ſuorum Monaſteriorum. II. 543. *col.* 1. & 2. & 544. *col.* 1. & 2. Judicium Doctorum Lovanienſium de occulta delatione Euchariſtiæ ad infirmos per Regulares. II. 544. *col.* 1. & 2. & 545. & *ſeq. col.* 1. & 2.

Euchariſtia non deferenda ad ægrotos adorationis causâ. II. 80. *col.* 2. *n.* 14. & 81. *col.* 1. A quo tempore invaluerint Proceſſiones, in quibus defertur Euchariſtia? *ibid.* 84. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Incertum an primitus Venerabile palam in Proceſſione portaretur. *ibid.* 85. *col.* 2. *n.* 11. Non videtur ante recepta Oſtenſoria palam delatum fuiſſe. *ibid. n.* 12. & 86. *col.* 1.

Vide, *Communio*, *Miſſa*, *Proceſſio*, *Viaticum*.

Euchariſtiæ expoſitio ex ejuſdem delatione in Proceſſionibus proceſſit. II. 86. *col.* 1. *n.* 13. Ad Epiſcopum ſpectat ejuſmodi expoſitiones dirigere. *ibid. col.* 2. *n.* 16. Regulares etiam exempti non poſſunt illam exponere in ſuis Eccleſiis ſine ejus licentia. *ibid.* 86. *col.* 2. *n.* 17. Nec poſſunt acceptare Fundationem cum onere exponendi Euchariſtiam ſine ejus conſenſu. *ibid.* 87. *col.* 1. *n.* 20. Euchariſtiam poſſe adorandam exponi ſequitur ex reali Chriſti præſentia. *ibid.* 86. *col.* 1. & 2. *n.* 15.

Euchariſtia non exponenda niſi raro, & ob cauſam publicam. II. 87. *col.* 2. *n.* 21. Cavendum ne nimia expoſitionis frequentia minuat reverentiam. *ibid.* De hac nimia frequentia Gropperi querela, quæ & hodie verificari poſſet. *ibid.* 88. *col.* 1. *n.* 22. Hujus expoſitionis ſcopus. I. 261. *col.* 1. *n.* 7. & *ſeqq.* Quæ in illa expoſitione attendenda, & quâ ſolemnitate facienda? *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 8. & II. 88. *col.* 1. & 2. *n.* 25. Quomodo & quâ ſolemnitate exponenda in Oratione Quadraginta Horarum? I. 261. *col.* 1. & 2. *n.* 8. Non convenit, quod in hac Oratione ſemper exponatur. II. 88. *col.* 1. *n.* 23. Non exponenda in Eccleſiis, in quibus prævidetur non ſervanda debita reverentia. *ibid. n.* 24. Non fas eſt Regularibus, quantumvis exemptis, publice Venerabile adorandum populo exponere, ſine conſenſu Epiſcopi. V. 477. *col.* 1.

Vide, *Communio*, *Miſſa*.

Eucha-

Digitized by Google

Euchariſtiæ particulas primis ſeculis Epiſcopi ſibi mutuo mittebant in ſignum communionis & unionis. VI. 539. *col.* 1. & 2. Mos ille Euchariſtiam mittendi pro Paſchate abrogatus; & quare? *ibid. col.* 2. & 540. *col.* 1.
Vide, *Eulogiæ*.

Euchariſtia non danda mortuis, VII. 207. *col.* 2. Olim moris fuit Euchariſtiam cum mortuis ſepeliendi. *ibid.* Hic abuſus ex Presbyterorum *ignavia* ortus, per Canonem Africanum tollitur. *ibid.* & 208. *col.* 1. Eumdem abuſum reprobat Synodus Trullana. VII. 409. *col.* 2.

Euchariſtia diligenter aſſervanda; & quare? VIII. 397. *col.* 1. & 2. De reſervanda Euchariſtia pro infirmis, VIII. 295. *col.* 2. Pœnitentia Presbyteri non cuſtodientis Euchariſtiam. *ibid. col.* 2.

EUDOXIANI.

Eudoxiani iidem ac Ariani. VI. 581. *col.* 1. Condemnantur in Concilio Conſtantinopolitano primo. *ibid.*

EVECTIO.

Evectionum ſeu equorum numerus in comitatu Viſitantis, quis eſſe debeat? VIII. 330. *col.* 1. Quare minor numerus præſcribatur Cardinalibus quam Epiſcopis? *ibid. col.* 1. & 2. Mera toleratia de equis in comitatu. *ibid.* 331. *col.* 1. & 2. Quid de evectionibus Abbatum & Priorum? *ibid.* 410. *col.* 1.
Vide, *Procuratio*, *Viſitatio*.

EVIDENTIA.

Evidentia triplex. VIII. 417. *col.* 2.

EULOGIÆ.

Eulogiæ nomine quidnam olim appellaretur? II. 108. *col.* 2. *n.* 4. Earum benedictio. *ibid. n.* 5. Deſumebantur ex panibus per populum oblatis. *ibid.* 109. *col.* 1. *n.* 6. Hodie vocantur Panis benedictus. *ibid. n.* 7. Quid ſignificet? *ibid. n.* 8. Ejus oblatio & receptio inter jura honorifica computatur; & quâ ratione? *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 10.

Eulogiarum duæ ſpecies, publicæ ſcilicet, & privatæ. VI. 540. *col.* 1. Harum causâ vetitum mittere particulas Euchariſtiæ. *ibid.* 539. *col.* 2. & 540. *col.* 1.

Eulogias ab Hæreticis non licebat accipere. VI. 550. *col.* 1. & 2.

EUNOMIANI.

Vide, *Anomiani*.

EUNUCHUS.

Eunuchi quando ab Ordinibus excludendi? VI. 360. *col.* 1. & 2. Quænam fuerit Valeſianorum ſeu Eunuchorum hæreſis? *ibid.* Ex Ordinatione Origenis multi exorti tumultus ob factum ejus notiſſimum. *ibid. col.* 2. & 361. *col.* 1. Simile factum Leontii videtur occaſionem dediſſe Canoni Nicæno circa hanc materiam. VI. 408. *col.* 1. & 2. & 409. *col.* 1. Senſus & ſpiritus Canonis Nicæni. *ibid.* 409. *col.* 1. & 2. Factum illud habitum tamquam inducens irregularitatem. VI. 361. *col.* 1. & 410. *col.* 1. Interdicta Eunuchis cohabitatio cum mulieribus. VII. 334. *col.* 2.

EVOCATIO.

Evocari non poteſt Reus ad judicium extra Provinciam. VIII. 130. *col.* 1. Litterarum Apoſtolicarum abuſus quoad evocationes. *ibid.* 416. *col.* 1.
Vide, *Citatio*.

EUSEBIUS ET EUSEBIANI.

Euſebius Arianorum coriphæus. VI. 498. *col.* 2. Ejus aſſeclæ ab ipſius nomine Euſebiani dicti, contra S. Athanaſium Synodum Antiochenam congregant. *ibid.* & 499. *col.* 1. Euſebianorum aſtutia. *ibid.* & 502. *col.* 2. Euſebius conatur evertere fidem *Conſubſtantialis*. VI. 497. *col.* 1. & 2. & 498. *col.* 1. & 2. Quidnam Euſebiani egerint contra S. Athanaſium in Conventu Philippopolitano? VII. 113. *col.* 2. & 114. & *ſeq. col.* 1. & 2.

EUSTACHIUS ET EUSTACHIANI, SEU EUSTATHIUS ET EUSTATHIANI.

Euſtachius vel *Euſtathius*, quis ille fuerit qui Concilio Gangrenſi occaſionem dedit, non perinde certum eſt. VI. 480. *col.* 1. & 2. & 481. *col.* 1. Baronii ſententia de iſto Euſtathio diſcutitur. *ibid.* 481. *col.* 1. & 2. Non tam Euſtathio quam ejus diſcipulis videntur adſcribenda nefarie geſta. *ibid. col.* 2. & 482. *col.* 1.
Vide, *Concilium Gangrenſe*.

EUTYCHES.

Eutyches quis fuerit, & quæ ejus hæreſis? VII. 3. *col.* 1. & 2. §. 1. Citatur coram Concilio Conſtantinopolitano, ſub Flaviano. *ibid.* 4. *col.* 1. Eutycheris reſponſio. *ibid. col.* 2. Secunda citatio Eutychetis. *ibid.* 5. *col.* 1. §. 2. Alterum ejuſdem reſponſum. *ibid. col.* 2. Tertia citatio. *ibid. col.* 2. Eutyches mittit Procuratores, & inducias petit, quæ

Digitized by Google

quæ illi conceduntur. *ibid. 6. col.* 1. & 2. Tandem comparer in Synodo Monachis militibuſque & Miniſtris Imperatoris ſtipatus. *ibid. 7. col.* 1. §. 4. Ejus cauſa eximinatur, interrogatur Eutyches, & condemnatur. *ibid. col.* 2. & 8. *col.* 1. & 2.

Eutychetis prætenſa appellatio. VII. 8. *col.* 2. §. 5. & 9. *col.* 1. & 2. Ejus litteræ ad S. Leonem Papam, quem conatur circumvenire. *ibid. 9. col.* 2. §. 6. & 10. *col.* 1. & 2. Ipſe poſtulat & impetrat ab Imperatore alterius Concilii convocationem. VII. 11. *col.* 1. & 2. §. 7. Procuratores Eutychetis audiuntur juſſu Imperatoris. *ibid. col.* 2. Aula Imperatoris Eutycheti favet. *ibid.* 12. *col.* 2. §. 8. Flavianus, aliique orthodoxi Epiſcopi ab Eutychete in ſuſpicionem Neſtorianiſmi accuſantur. *ibid. col.* 2. & 13. *col.* 1. Litteræ S. Leonis ad Flavianum & Theodoſium in cauſa Eutychetis, & Flaviani ad S. Leonem. VII. 13. *col.* 1. & 2. §. 9. & 14. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Indicitur & congregatur Concilium Epheſinum, in quo Eutyches, vafrâ & perplexâ fidei expoſitione factâ, abſolvitur, & condemnantur Flavianus, & alii orthodoxi Epiſcopi. VII. 16. *col.* 1. & 2. §. 10. & 17. & *ſeq. col.* 1. & 2. In Concilio Chalcedonenſi anathematizatur hæreſis Eutychiana. VII. 40. *col.* 2. & 41. *col.* 1. & 2. Libellus Monachorum Eutycheti faventium recitatur. *ibid.* 42. *col.* 1. & 2. Diſcutitur cauſa Monachorum Eutychianorum, eiſque dantur induciæ. *ibid.* 43. *col.* 2.

EXACTORES.

Exactores ſeu *Executores* Eccleſiæ per Provincias conſtituendi; & quinam fuerint hi Exactores? VII. 294. *col.* 1. & 2.

EXAMEN.

Examen Ordinandorum Epiſcopis primario incumbit ex verbis Apoſtoli: *Manus nemini cito impoſueris*. II. 267. *col.* 1. *n.* 1. 2. 3. & 4. & 268. *col.* 2. *n.* 9. Examen Epiſcopi Regulares nullo prætextu evadere poſſunt. *ibid. n.* 5. & 268. *col.* 1. *n.* 6. & *ſeqq.* Si jus examinandi alicui competat, non cenſetur excluſus Epiſcopus: *ibid. col.* 2. *n.* 10. Officiales, aliique inferiores Prælati examen aliquando ſibi vendicarunt; & quid hac de re decreverit Synodus Colonienſis? *ibid. n.* 11. & 269. *col.* 1. Convenit, ut Epiſcopus examini interſit. *ibid.* 269. *col.* 1. *n.* 12. Epiſcopus examen aliis delegare poteſt. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 13. Circa quæ examen inſtituendum? II. 270. *col.* 2. *n.* 18. & *ſeqq.* & 111. 100. *col.* 2. *n.* 17. & 101. *col.* 1. *n.* 18. & *ſeqq.* Quale & quantum examen ſit neceſſarium, ut Epiſcopus poſſit eſſe ſecurus? II. 273. *col.* 2. *n.* 32. & 274. *col.* 1. *n.* 33. & *ſeqq.* & V. 294. *col.* 2. §. 9. & 295. *col.* 1. & 2. & *ſeq.* Quam parum ſæpe fidendum Teſtimonialibus etiam Superiorum Regularium. II. 274. *col.* 1. & 2. *n.* 35. & V. 295. *col.* 2. & 296. *col.* 1.

Examen circa mores Ordinandorum quomodo inſtituendum? II. 273. *col.* 2. *n.* 32. Qualiter ſuper ſcientia inſtituendum? *ibid.* 274. *col.* 1. *n.* 33. & *ſeqq.* Quæ ſigillatim inquiri voluerit S. Carolus? II. 275. *col.* 1. ſub *n.* 37. & *n.* 38. An unius horæ examen ſufficere queat? *ibid. col.* 2. *n.* 40. Quam difficile ſit per examen, prout hodie inſtitutur, exactam notitiam Examinandorum accipere. III. 102. *col.* 1. & 2. *n.* 25.

Examen Epiſcopi ſubire debent juxta Concilium Tridentinum omnes inſtituendi in Beneficiis per inferiores Prælatos. III. 247. *col.* 1. *n.* 12. Ordinarius prætextu examinis circa qualitatem Proviſi non poteſt cognoſcere de titulo. *ibid. col.* 2. *n.* 14. Hodie examen reſtringitur ad eos, qui ſiſtunt ſe præſentes pro Beneficiis, quibus animarum cura alligata eſt. *ibid. n.* 15. Non obſtante exceptione Concilii Tridentini nominati ab hac Univerſitate ad Beneficia curata, examen ſubire debent. *ibid.* 248. *col.* 1. & 2. ſub *n.* 17.

Examine peracto, quomodo renuntiandi, qui ſint indonei? III. 103. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* & 104. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Quid Synodus Nicæna decreverit contra eos, qui temere & citra diſcuſſionem, ſive examen, ordinabantur? VI. 426. & 427. *col.* 1. & 2.

Examen Novitiorum. Vide, *Novitius*.

Examen criminis in prima inſtantia debet inſtitui in Provincia. VIII. 132. *col.* 1. & 2.

Examen Teſtium. Vide, *Depoſitio*.

Examen Rei. Vide, *Interrogatoria*.

EXAMINATORES.

Examinatores jure ſuo ſunt Archidiaconus, & tres ſeniores Canonici Graduati, duo Theologi, & unus Canoniſta. I. 116. *col.* 1. *n.* 9. & II. 269. *col.* 2. *n.* 15. & 270. *col.* 1. In Synodo conſtituendi. I. 287. *col.* 1. *n.* 18. & III. 98. *col.* 2. *n.* 4. Qualitates requiſitæ. II. 170. *col.* 1. *n.* 16. Convenit, ut aſſumantur Canonici Cathedrales. II. 269. *col.* 2. *n.* 14. & 15. & III. 99. *col.* 2. *n.* 7. & *ſeqq.* & 100. *col.* 1. & 2. *n.* 10. & *ſeqq.* Iis tamen Epiſcopus non adſtringitur. II. 269. *col.* 2. *n.* 15. & 270. *col.* 1. & III. 99. *col.* 2. *n.* 9.

Digitized by Google

n. 9. & 100. *col.* 1. *n.* 10. Monita ſancti Caroli ad Examinatores. II. 270. *col.* 1. & 2. *n.* 17.

Examinatores hodie eliguntur ab Epiſcopis extra Synodum. III. 99. *col.* 2. *n.* 7. Quid in Examinatoribus præcipue deſideraverit Synodus Tridentina? *ibid.* 100. *col.* 1. *n.* 11. An vigore Decreti Tridentini poſſint aſſumi in Examinatores Clerici non Graduati in Theologia aut Jure Canonico? VI. 218. *col.* 2. & 219. *col.* 1. Juramentum ab Examinatoribus præſtandum. III. 100. *col.* 1. & 2. *n.* 13.

Examinatores ſine omni ſpe retributionis examen facere debent. III. 100. *col.* 2. *n.* 16. Quid ab Examinatoribus Synodalibus præcipue attendendum? *ibid.* 101. *col.* 1. & 2. *n.* 20. Totam vitæ ſeriem examinare debent. *ibid.* 102. *col.* 1. *n.* 24.

Examinatores judicium ſuum dare debent *collegialiter*. III. 103. *col.* 2. *n.* 4. Debent dare judicium de idoneitate quoad omnes qualitates. *ibid.* *col.* 2. *n.* 5.

EXARCHUS.

Exarchi nomine quid intelligendum? VII. 82. *col.* 1. & 2. Quarumnam cauſarum fuerit judex? *ibid.* *col.* 1. & 2.

Exarchicum jus Epiſcopi Conſtantinopolitani in Pontum, Aſiam, & Thraciam. VII. 104. *col.* 2. & 105. *col.* 1.

Vide, *Patriarcha*.

EXCEPTIO.

Exceptionem declinatoriam proponere tenetur Clericus conventus coram Judice ſeculari, alias ab eo ut contumax condemnatur. IV. 32. *col.* 2. *n.* 25. & 33. *col.* 1. Quid obtineat in Belgio, ſi Laicus conveniatur coram Judice Eccleſiaſtico in materia incompetente? IV. 50. *col.* 2. *n.* 15. Si Citatus primo termino non compareat, ſecluditur ab exceptione declinatoria. IV. 246. *col.* 2. *n.* 43. A rejectione declinatoria admittitur appellatio. IV. 312. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. & 346. *col.* 2. & 347. *col.* 1. & 2.

Exceptio peremptoria quænam dicatur? IV. 247. *col.* 1. ſub *n.* 44. Per tertiam contumaciam ab ea Citatus ſecluditur. *ibid.* *n.* 45. Quandonam opponenda exceptio peremptoria? VIII. 503. *col.* 2. & 504. *col.* 1.

Vide, *Forum competens*.

Exceptio Spolii quandoque objecta ad impediendum litis progreſſum. VIII. 504. *col.* 1. & 2. De exceptione Spolii, ſive in cauſa civili, ſive criminali objecta. *ibid.* *col.* 1. & 2.

Exceptio Excommunicationis Rei contra Actorem oppoſita, quam vim habeat? VIII. 507. *col.* 1. & 2.

EXCESSUS.

Exceſſus ab Epiſcopis corrigendi. VIII. 383. *col.* 2. & 384. *col.* 1. & 2. Triplex modus procedendi in inquiſitione & punitione exceſſuum. *ibid.* 385. *col.* 2.

Vide *Abuſus*, *Correctio*, *Reformatio*, *Recurſus*, *Violentia*, *Vis*.

EXCOMMUNICATIO.

Excommunicatio quid proprie ſonet? IX. 7. *col.* 1. & 2. §. 1. Variæ Excommunicationes, quæ ad Cenſuram Eccleſiaſticam referri non poſſunt. *ibid.* 8. *col.* 1. & 2. & 9. *col.* 1. & 2. Segregatio ſive excluſio a participatione Euchariſtiæ, vel publicis Officiis, omnibus, vel aliquibus, ſæpius a Patribus dicta fuit Excommunicatio. *ibid.* *col.* 1. Hæc ſegregatio manifeſte diſtincta ab Anathemate. *ibid.* *col.* 2. Quid de Excommunicatione, quâ Epiſcopus ſine legitima cauſa ad Synodum Epiſcoporum non accedens ſegregabatur a communione ſuorum Coëpiſcoporum? *ibid.* *col.* 2. Quinam hujus Excommunicationis effectus? *ibid.* *col.* 2. & 9. *col.* 1. Hujus Excommunicationis ſpeciei frequens in Regulis Monachorum mentio. *ibid.* 9. *col.* 1. & 2.

Excommunicatio olim uſitata apud Monachos. I. 565. *col.* 2. *n.* 24. & IV. 398. *col.* 2. ſub *n.* 23. Quæ forma ejus & effectus? I. 565. *col.* 2. *n.* 25. & 26. & 566. *col.* 1. Reconciliatio. *ibid.* 566. *col.* 2. *n.* 29. Non erat cenſura Eccleſiaſtica. I. 567. *col.* 1. & 2. *n.* 31. & IV. 398. *col.* 2. *n.* 24. & *ſeqq.* & IX. 9. *col.* 2.

Excommunicationum variæ ſpecies enumerantur. VIII. 155. *col.* 2. & 156. *col.* 1. Quam ob cauſam poſſit ferri Excommunicatio? *ibid.* 157. *col.* 2. Poteſtas excommunicandi radicaliter eſt penes Eccleſiam. IX. 22. *col.* 2. & 23. *col.* 1. & 2. & IV. 393. *col.* 1. & 2. *n.* 9. & *ſeqq.*

Excommunicationis majoris effectus. III. 726. *col.* 1. & 2. *n.* 8. & *ſeqq.* & IV. 400. *col.* 1. & 2. & 401. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* & IX. 58. *col.* 1. & 2. *cap.* 7. Quare excommunicatis neganda ſit ſepultura Eccleſiaſtica? III. 726. *col.* 1. ſub *n.* 10. & *n.* 11. An requiratur, ut ſint denuntiati? *ibid.* *col.* 2. *n.* 15. & 727. *col.* 1. Quænam ex intentione Chriſti Excommunicato neganda ſint? IX. 58. *col.* 1. & 2. Per ſepulturam Excommunicati polluitur Eccleſia, vel cœmeterium, & hujus ratio. III. 729. *col.* 2. *n.* 30. Corpus illud ante omnia exhumandum. *ibid.* *n.* 32.

Excommunicationis variæ ſpecies antiquis uſitatæ, hodie ſunt ignotæ, & contra. IV. 395. *col.* 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Tam illarum, quam

harum

Digitized by Google

harum notitia neceſſaria . *ibid. n.* 2. Species Excommunicationis in Epiſcopo, qui jubetur eſſe contentus communione ſuæ Eccleſiæ . *ibid. n.* 3. & 4. Pœna erat , non cenſura . *ibid. n.* 5. & IX. 9. *col.* 1. & 2.

Excommunicationis altera ſpecies, quâ una Eccleſia recedebat a communione alterius . IV. 396. *col.* 1. *n.* 7. In quo mutua hæc communio Eccleſiarum conſiſteret; & quâ ratione hæc abrumpebatur ? *ibid. n.* 8. Ejus fundamentum , 2. *Theſſal.* 3. IV. 397. *col.* 1. *n.* 15. Hâc ratione olim ſæpe plebs ſe ſubtrahebat a communione ſui Epiſcopi , Epiſcopus a communione ſui Metropolitani , &c. *ibid. col.* 2. *n.* 16. Ob abuſus tandem id prohibetur per Synodum VIII. *ibid. n.* 17. Quid de exceptione Excommunicationis Rei contra Actorem oppoſita ? VIII. 507. *col.* 1. & 2.

Excommunicatio minor quid ſit ? IV. 397. *col.* 2. *n.* 19. & 398. *col.* 1. Hujus Excommunicationis definitio . IX. 10. *col.* 1. & 2. §. 2. Quandonam de jure incurratur hæc Excommunicatio ? *ibid. col.* 1. & 2. Tametſi veteribus notæ fuerint plures Excommunicationes *Minores*, hæc tamen Cenſuræ ſpecies recentioris eſt inſtituti . *ibid. col.* 2. Ante ſeculum XIII. ignota . IV. 398. *col.* 1. *n.* 20. & 21. Hodie paſſim eſt obſoleta . *ibid. n.* 21. Quatuor gradus pœnitentiæ apud antiquos uſitati, erant ſpecies Excommunicationis minoris . *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 22. Vocatur Excommunicatio pœnitentialis , item medicinalis ; & quare ? IV. 399. *col.* 1. *n.* 27. Medicinalis Excommunicationis vix meminere Recentiores; & quare ? *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 28. S. Auguſtinus Excommunicationem *medicinalem* a *mortali* aperte diſtinguit . IX. 12. *col.* 2. & 54. *col.* 2. & 55. *col.* 1. & IV. 399. *col.* 1. & 2. ſub *n.* 27. Quandonam Excommunicatio ſimpliciter poſita , ſumi cœperit pro majore ? IX. 11. *col.* 1.

Vide, *Gradus Pœnitentiæ* .

Excommunicatio major olim dicta mortalis; & quare ? IV. 399. *col.* 2. *n.* 29. Veteribus notiſſima . IX. 10. *col.* 2. & 11. *col.* 1. Hodie ſola nomine Excommunicationis intelligitur. *ibid. col.* 2. & IV. 399. *col.* 2. *n.* 29. Ignota veteribus duplex Excommunicationis *majoris* ſpecies; una ſcilicet, quæ ſimpliciter Excommunicatio *major* ; & altera , quæ *Anathema* diceretur . IX. *pag.* 13. *col.* 1. Hujus diſtinctionis origo . *ibid. col.* 1. & 2. & 14. *col.* 1. Occaſione ejuſdem diſtinctionis, multum a ſenſu Patrum & ſpiritu Eccleſiæ receſſum eſt. IX. 14. *col.* 2. Effectus Excommunicationis majoris , & a quibus Excommunicatum excludat ? IV. 400. *col.* 1. & 2. & 401. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* An & quatenus pro eis liceat publice & directe orare ? *ibid.* 401. *col.* 1. ſub *n.* 8. An liceat cum eis communicare in civilibus ? *ibid.* 401. *col.* 2. *n.* 11. & 402. *col.* 1.

Laici, quam partem olim habuerint in electione Epiſcopi? I. 148. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* An ab hac electione ſint excludendi? VIII. 86. *col.* 2. & 87. *col.* 1. Laicis lectio Scripturæ ſacræ commendata a ſanctis Patribus. V. 254. *col.* 1. & VII. 392. *col.* 2. & 468. *col.* 1. & 2.

Laicis an liceat accuſare Clericos, & maxime Epiſcopos? VIII. 127. *col.* 2.

Laicis olim non licebat Sacrarium ingredi. VII. 395. *col.* 2. & VIII. 295. *col.* 1. Cujus Fori ſit crimen Laici delinquentis in Officio Eccleſiaſtico? IV. 265. *col.* 1. *n.* 30. & 514. *col.* 2. *n.* 30.

LAPSI.

Lapſis in perſecutione aliquando *humanius* pœnitentia impoſita; & in quo conſiſteret hæc humanitas? VI. 428. *col.* 1. & 2. Quid de Presbyteris in perſecutione lapſis, & qui poſtmodum fidem coram Tyrannis confitebantur? *ibid.* 446. *col.* 1. & 2. Quodnam inſtitueretur examen circa converſionem ſimilium Presbyterorum? & de eorum reſtitutione. *ibid. col.* 2. & 447. *col.* 1. Quid de Diaconis lapſis, & poſtmodum reluctantibus? *ibid.* 447. *col.* 2. Rigor diſciplinæ circa ſimiles Diaconos relinquitur judicio Epiſcopi. *ibid.* 448. *col.* 2. Quid de his, qui lapſi erant ſolo minarum terrore victi? *ibid.* 452. *col.* 1. Quæ pœnitentia injungeretur iis, qui præ timore perſecutorum cum Gentilibus feſta peregerant? *ibid. col.* 2. & 453. *col.* 1. Quid de iis, qui aliorum lapſus cauſa fuerunt? *ibid.* 453. *col.* 2. & 454. *col.* 1.

Lapſi in crimen poſt ordinationem, an peractâ pœnitentiâ, in ſuſceptis Ordinibus continuare, vel ad majores aſcendere queant? VIII. 79. *col.* 2. & 80. *col.* 1. Variæ ea de re Patrum ſententiæ. *ibid.* 80. *col.* 1. & 2. Earum conciliatio & praxis hodierna. *ibid.* 81. *col.* 1.

Vide, *Sacerdotes*, *Ordo*, *Pœnitentia*, *Clericus*.

LASCARIS.

Vide, *Theodorus Laſcaris*.

LAUDIMIUM.

Laudimium, quid ſit? I. 510. *in nota*. (*b*).

LAUDUM.

Laudum, Sententiæ ſpecies, quando & quatenus valeat? IV. 190. *col.* 2. *n.* 10.

LECTIO.

Lectionum uſus in divinis Officiis jampridem

dem

Digitized by Google

dem uſitatus. V. 417. *col.* 1. §. 9. Unde hæ Lectiones deſumendæ; & quæ earum utilitas? *ibid. col.* 2. Hodierna diſciplina legendi non tantum Scripturam ſacram, ſed & Patrum ſcripta & Sanctorum Acta, jampridem communiter & ubique pene recepta. *ibid.* 418. *col.* 1. Cavendum ne quid apocryphum aut dubiæ fidei in Eccleſia recitetur. *ibid. col.* 1. Fabuloſa non legenda in Eccleſiis. VII. 390. *col.* 1. In quo ritus hodierni circa *Lectionem* ſint a priſtinis diverſi? V. 418. *col.* 2. & 419. *col.* 1. Quid Synodus Laodicena ſtatuerit circa Lectiones inter cantandos Pſalmos interponendas? VI. 541. *col.* 2. Antiquitas ritus hodierni legendi in Officio divino acta Martyrum. VII. 235. *col.* 2. & 236. *col.* 1.

Lectiones quæ in Horis diurnis dicuntur, vocantur *Capitula*. V. 420. *col.* 2. §. 2. & 421. *col.* 1. Quare hæ Lectiones ſint breviores quam in Officio Nocturno? *ibid.* 421. *col.* 1. Quo ritu hæ Lectiunculæ ſeu Capitula dicantur, & a quo? *ibid. col.* 1. Quiſnam Capitulorum ſcopus? *ibid. col.* 1. & 2.

Lectio brevis in Officio, quod *Prima* dicitur, eodem quo Nocturnorum Lectiones, ritu recitatur. V. 423. *col.* 2. & 424. *col.* 1.

LECTOR.

Lectoris officium, quid in Eccleſiaſticis requirat? V. 286. *col.* 2. §. 3. & 287. *col.* 1. & 2. Quænam diſpoſitiones Lectori Eccleſiaſtico neceſſariæ? *ibid.* 287. *col.* 1. & 2. Quâ animi puritate, quo affectu Eccleſiaſtici ad Lectionem accedere debent, ut impleant Officium, ſibi in ſuſceptione Ordinis Lectoratus impoſitum. *ibid. col.* 2. Ad Lectoratum etiam impuberes olim admiſſi; & quare? VII. 204. *col.* 2. Quomodo occurreretur periculo incontinentiæ Lectoris? *ibid. col.* 2. & 205. *col.* 1. Vetantur Lectores populum ſalutare; & quare? *ibid.* 206. *col.* 2. Canon Trullanus contra Lectores non tonſuratos. VII. 361. *col.* 1. & 2.

Lectoratus ſine impoſitione manuum non conferebatur. VII. 472. *col.* 2. Hæc impoſitio permittebatur Monaſterii Præfecto. *ibid. col.* 2. & 473. *col.* 1.

LEGATIO LIBERA.

Legationis liberæ nomine quid intelligendum? VII. 297. *col.* 1.

LEGATUM.

Legatorum piorum cauſæ in Gallia inſtitui ſolent per Procuratorem Regium, coram Parlamentis, excluſo Epiſcopo. IV. 43. *col.* 2. *n.* 15. & 44. *col.* 1. *n.* 16. Aliud obtinet in Belgio. *ibid.* 46. *col.* 1. *n.* 28. Epiſcopis cura piorum Legatorum incumbit, etiam in locis ubi non habent eorum cognitionem. III. 637. *col.* 2. ſub *n.* 8. & IV. 46. *col.* 1. *n.* 29. Si Teſtator non deſignaverit per quem Legatum pium ſit diſtribuendum, executio committitur Epiſcopo. III. 637. *col.* 2. *n.* 8. Si incertum ſit cui Hoſpitali Legatum impendi voluerit Teſtator, Epiſcopi eſt dirimere. *ibid. n.* 9. Quid, ſi nullum ſit in civitate Hoſpitale? *ibid.* 638. *col.* 1. *n.* 10. In adminiſtratione & erogatione piorum Legatorum Epiſcopus tractare debet cum ſuis Clericis. *ibid. col.* 1. ſub *n.* 9. Idem incumbit Parochis pro executione piæ voluntatis ſuorum ſubditorum. IV. 47. *col.* 1. *n.* 34. Cavere tamen debet omnem ſpeciem avaritiæ. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 37. A quo ſupplenda negligentia Epiſcopi circa executionem Legatorum piorum? III. 638. *col.* 1. *n.* 12. Etiam quilibet de populo executionem pii Legati urgere poteſt. *ibid. n.* 13. Pœnæ in non ſolventes pia Legata. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 14.

Vide, *Fundatio*, *Hoſpitale*.

LEGATUS APOSTOLICUS.

Legati Pontificum jampridem fuere, qui in comitatu Principum moras traherent, quibuſcumque negotiis emergentibus. I. 340. *col.* 1. *n.* 9. Præſertim pro cuſtodia fidei & diſciplinæ obſervantia. *ibid.* 342. *col.* 2. *n.* 1. Pro aſſerenda Legatione Sedis Apoſtolicæ adducitur a Gratiano Decretalis ſuppoſititia. VIII. 106. *col.* 1. & 2. Incertum & veriſimiliter corruptum Nicolai I. Decretum de Legatis Apoſtolicæ ſedis. *ibid.* 110. *col.* 1. & 2. Quid de eorum auctoritate circa collationem Beneficiorum? *ibid.* 502. *col.* 1. & 2. Frequentes olim fuere Legationes Pontificiæ ad Imperatores. I. 339. *col.* 2. *n.* 7. & 340. *col.* 1. Pontifices Legatos ſuos conſtituebant illuſtrium Eccleſiarum Epiſcopos. *ibid.* 340. *col.* 2. *n.* 14. & 341. *col.* 1. Neceſſitatem Legatorum mittendorum deſumpſerunt ex cura omnium Eccleſiarum Pontifici incumbente. *ibid.* 345. *col.* 2. *n.* 15. & 346. *col.* 1. *n.* 16. Non parum obſcurum eſt determinare ex Jure, quæ Legatis competant; & quare? *ibid.* 348. *col.* 1. *n.* 32. Prudenter Pontifices in inſtructionibus Legatorum exprimunt omnia, quæ ipſis committenda cenſent. *ibid. col.* 1. *n.* 33.

Legati Sedis Apoſtolicæ ſibi vendicarunt Jura Metropolitanorum. I. 350. *col.* 1. *n.* 6. & *col.* 2. *n.* 9. & 10. Nullâ in hoc habitâ ratione auctoritatis S. Leonis, qui vult eos ſuo Jure intemerato frui. *ibid.* 348. *col.* 2. *n.* 1. & 349. *col.* 1. & 2. *n.* 2. & *ſeqq.* Legati

ſenſim Metropolitanorum auctoritatem enervaverunt. *ibid.* 350. *col.* 2. *n.* 10. & 351. *col.* 1. Plura Legatis indulta fuere ad eorum dignitatem augendam. *ibid.* 351. *col.* 1. & 2. *n.* 11. Juxta Gratianum, excommunicatur quicumque Legatum Sedis Apoſtolicæ impedierit. VIII. 106. *col.* 1. Legati ſuâ abutuntur auctoritate. I. 351. *col.* 2. *n.* 12. Immenſa Legatorum Jura vix nota ante finem ſeculi XII. *ibid.* 352. *col.* 1. *n.* 13. Hodierni Legati ſive Nuntii nullum Juriſdictionis actum exercere poſſunt, imo nec facultatibus ſuis uti, niſi recognitæ & admiſſæ fuerint. *ibid.* 341. *col.* 2. ſub *n.* 16. *En quoi le Légat en France differe du Nonce?* I. 731. *col.* 1.

Legati Eccleſiæ Romanæ Actis Concilii Africani ſubſcribunt, & ſignant *poſt omnes Epiſcopos*. VII. 324. *col.* 2. & 325. *col.* 1. & 2.

Legatorum Apoſtolicorum neceſſitatibus quomodo providendum? VIII. 388. *col.* 1.

Legati Apoſtolici quinam dicantur *de latere*, quinam *miſſi*, quinam *nati*? VIII. 502. *col.* 1. & 2.

Vide, *Nuntius Apoſtolicus*, *Legatus a latere*, *Legatus natus*, *Legatus miſſus*.

LEGATUS A LATERE.

Legati a latere quinam dicantur? I. 339. *col.* 1. *n.* 2. Eorum origo. *ibid.* *col.* 2. ſub *n.* 7. Reputati fuerunt tanquam Proconſules Romani. *ibid.* 347. *col.* 1. & 2. *n.* 24. Uti poſſunt inſigniis Legationis extra Provinciam. *ibid.* *col.* 2. *n.* 25. Eorum Juriſdictio reputatur ordinaria & perpetua. *ibid.* 346. *col.* 2. *n.* 18. & 19. Poterant de cauſis in prima inſtantia cognoſcere. *ibid.* *n.* 20. Poteſtas eorum in Gallia non cenſetur ordinaria. I. 357. *col.* 1. *n.* 14. Debentur ei Procurationes, & quâ moderatione? *ibid.* 347. *col.* 1. *n.* 22. Eorum exceſſus in harum exactione; & quæ habita moderatio? *ibid.* *n.* 23. Præſente Legato *a latere*, nequidem Patriarchæ poteſt crux præferri. *ibid.* *col.* 2. *n.* 26. nec Epiſcopus benedicere populum, nec deferre veſtes Juriſdictionem ordinariam ſignificantes. *ibid.* ſub *eod.* *n.* Eo præſente, aliorum Legatorum poteſtas ceſſat. *ibid.* *n.* 27.

Legatus a latere Juriſdictionem voluntariam exercet extra Provinciam. I. 347. *col.* 2. *n.* 28. Confert Beneficia in Provincia. *ibid.* *n.* 29. & 348. *col.* 1. Aliqua ſemper Pontifici reſervata. *ibid.* 348. *col.* 1. *n.* 30. Amplitudo poteſtatis ejus, vel reſtrictio pendet ab ejus commiſſione. *ibid.* *n.* 31. Non poteſt turbare Ordinarios in ſua Juriſdictione. I. 353. *col.* 1. & 2. *n.* 2.

Legati a latere non recipiuntur niſi cum conſenſu Regis in Hiſpania & Gallia & Belgio. I. 353. *col.* 2. *n.* 3. & *ſeqq.* & 354. *col.* 1. & 2. Quo tempore ille Principum conſenſus requiri cœperit, non certo ſcitur. *ibid.* 353. *col.* 2. ſub *n.* 4. Hoc in uſu erat in Gallia tempore Boniſacii VIII. *ibid.* 354. *col.* 1. *n.* 5. Hæc conſuetudo recepta in Anglia, probata a Calliſto II. *ibid.* *col.* 1. & 2. *n.* 6. Hæc eadem obtinet & in Hiſpaniis. I. 358. *in nota*. Bullæ eorum debent verificari & modificari in Conſiliis Regiis. *ibid.* 354. *col.* 2. *n.* 7. & *ſeqq.* Modificationes tantum annotantur in Regiſtris Conſiliorum; & quare? *ibid.* 355. *col.* 1. *n.* 10. Quænam ordinarie apponantur in Gallia & Belgio? *ibid.* *col.* 1. & 2. *n.* 11. Improprie dicti Judices ordinarii. IV. 168. *col.* 2. *n.* 5. *Voyez ſur cela l'Obſervation de M. Gibert.* I. 731. *col.* 2.

Legatus tenetur Legationem exercere per ſe. I. 357. *col.* 1. *n.* 12. In Gallia Legati non poſſunt exercere ſuam Legationem, niſi quamdium Regi placuerit. *ibid.* *n.* 14. Diſcedentes debent acta Legationis reponere ad manus alicujus Adminiſtri a Curia Regia deſignati. *ibid.* *col.* 1. & 2. *n.* 15. Articuli modificationum in Gallia apponi ſoliti, multum moribus Belgicis conſonant. *ibid.* *col.* 2. *n.* 16. & 358. *col.* 1. Legatus non poteſt admittere reſignationes in favorem, niſi ſit ſpeciali facultate inſtructus. III. 276. *col.* 2. ſub *n.* 7. & 277. *col.* 1.

Vide, *Nuntius Apoſtolicus*.

LEGATUS MISSUS.

Legati Miſſi quinam dicantur? I. 339. *col.* 1. *n.* 3. Eorum origo. *ibid.* 340. *col.* 2. *n.* 12. Iidem ac Nuntii & Internuntii. *ibid.* *n.* 13. Interdum mittuntur cum poteſtate Legati *a latere*. *ibid.* 339. *col.* 1. *n.* 4. Unde ad Legatos Miſſos omnia pene negotia devoluta ſunt? I. 346. *col.* 1. & 2. *n.* 17.

LEGATUS NATUS.

Legati Nati quinam dicantur? I. 339. *col.* 2. *n.* 5. Eorum origo. *ibid.* 341. *col.* 1. *n.* 15. Ampliſſima olim eorum auctoritas. *ibid.* 345. *col.* 2. *n.* 13. Quanta fuerit, videre eſt ex litteris S. Leonis ad Anaſtaſium Epiſcopum. *ibid.* 342. *col.* 2. *n.* 1. & 2. & 343. & *ſeq.* *col.* 1. & 2. *n.* 3. & *ſeqq.* Quomodo ſequentibus ſeculis multum imminuta? *ibid.* 345. *col.* 2. *n.* 14.

LEGES CIVILES.

Legum civilium Codex quâ occaſione compoſitus & editus? VI. 284. *col.* 1. Ex Gregoriano & Hermogeniano Codicibus Theodoſianus optime confectus. *ibid.* *col.* 1. & 2.

Legum civilium ſtudium Monachis, Presbyteris & Conſtitutis in Dignitate, prohibitum ſub pœna excommunicationis; & quare? I. 24. *col.* 1. ſub *n.* 6. & VIII. 323. *col.* 1. Legum civilium notitia quomodo Clericis poſſet eſſe utilis? I. 24. *col.* 1. & 2. *n.* 7. Quæ cautela in earum ſtudio adhibenda? *ibid. col.* 2. ſub *eod. n.* Diſpenſationis loco ſunt Privilegia Academiæ Lovanienſis & aliarum; & quomodo accipienda? *ibid. col.* 2. *n.* 9. Specialis diſpenſatio hodie in Belgio non requiritur. *ibid. n.* 10. *Il faut étendre à la France ce qui eſt dit ici des Pays-Bas*. I. 717. *col.* 2.

Legum civilium ſtudium multum florere cœpit ſeculo XI. in Italia, & Clerici magnâ aviditate ei operam dederunt. IV. 228. *col.* 2. *n.* 8. & 9. Pontifices cœperunt quoque in ſuis Reſponſis uti auctoritate Legum civilium. & ad harum normam cauſas decidi voluerunt. *ibid. n.* 12. & 229. *col.* 1. Quomodo eâ occaſione ſtrepitus forenſes in Curias Eccleſiaſticas intraverint? *ibid.* 229. *col.* 1. *n.* 13. Ad normam Legum civilium inſtituta ſunt fere omnia Officia in Curiis Eccleſiaſticis. IV. 197. *col.* 1. *n.* 1. Eorum origo & regula ex iiſdem petenda. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 2. & *ſeqq.*

Legum civilium ſcopus. VIII. 27. *col.* 2. Quid in earum conſtitutione attendendum? *ibid.* Neceſſaria Legum civilium publicatio. *ibid.* Quo ſenſu firmitas Legum a moribus utentium dependeat? *ibid.* 28. *col.* 1. Nec Superiores Eccleſiaſtici, nec ipſe Summus Pontifex jus habet diſpenſandi ab obſervatione Legum, quas Reges, aliique Principes civiles ſtatuerunt. VI. 14. *in nota*. De auctoribus Legum parum accurate egit Gratianus. *ibid.* 30. *col.* 2. Eccleſia utiliter implorat Principum Leges contra hæreticorum pertinaciam. VIII. 217. *col.* 1.

LEGITIMA.

Legitimam an Parentes filiis ingreſſis Monaſterium teneantur relinquere? V. 159. *col.* 1. & 2. §. 1. Quo *caſu ſolo* Monaſterio Legitimam ex bonis ingredientis deberi ſtatuerit Juſtinianus? *ibid.* 160. & *ſeq. col.* 1. & 2. §. 2. An pater ingreſſurus Monaſterium valeat filios aut Monaſterium Legitimâ privare. *ibid.* 160. *col.* 2. & 161. *col.* 1.

Vide, *Succeſſio, Lex*.

LENOCINIUM.

Lenocinium quid ſit? IV. 150. *col.* 2. *n.* 25. & 151. *col.* 1. Quam deteſtabile crimen ſemper habitum fuerit? *ibid.* 151. *col.* 1. *n.* 26. An & quando illud incurrat maritus diſſimulans adulteria ſuæ uxoris? *ibid. n.* 27. Cujus Fori ſit illud crimen? *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 28. Quid contra Lenones & ſimiles ſtatuerit Synodus Trullana? VII. 410. *col.* 2. & 411. *col.* 1. *En France le mari qui proſtitue ſa femme, eſt puni de peine infamante.* IV. 514. *col.* 1.

LEO (S.)

Leo (S.) Summus Pontifex, quas partes habuerit in Eutychetis negotio? VII. 9. *col.* 2. §. 6. & 10. *col.* 1. & 2.

Vide, *Concilium Epheſinum, Eutyches*.

Leonis (S.) litteræ ad Marcianum Imperatorem; ad Pulcheriam. VII. 28. *col.* 1. & 2. Mittit Legatos ad Concilium Chalcedonenſe. *ibid.* 18. & *ſeq. col.* 1. & 2. §. 11. & 29. *col.* 1. & 2. §. 2. Quas partes habuerit in hoc Concilio? *ibid.* & *ſeqq.* Ejus ad Flavianum celebris Epiſtola a Patribus Chalcedonenſibus probatur. *ibid.* 40. *col.* 1. & 2. & 41. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Quænam ſit illa Epiſtola? *ibid.* 18. *col.* 2. S. Leo ſe opponit Canoni Chalcedonenſi de prerogativa Sedis Conſtantinopolitanæ. *ibid.* 105. *col.* 2. & 106. *col.* 1. Anatolii Patriarchæ Conſtantinopolitani ambitum perſtringit. *ibid.* 106. *col.* 1. & 2. Quo pacto concordia videatur facta inter S. Leonem & Anatolium? *ibid.* 108. *col.* 1. & 2.

Vide, *Concilium Calcedonenſe*.

LEO ISAURUS IMPERATOR.

Leo Iſaurus perſecutor Imaginum, acriter arguitur a Gregorio II. Summo Pontifice. VII. 427. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Leo ſit inſolentior, & ſe *Imperatorem* eſſe & *Sacerdotem* reſcribit Pontifici. *ibid.* 428. *col.* 2. & 429. *col.* 1. Promulgat Edictum adverſus imagines. *ibid.* 429. *col.* 2. Pergit in perſecutione cruenta. *ibid.* 430. *col.* 2. Moritur. *ibid. col.* 2.

Vide, *Gregorius II.*

LEO IV.

Leo IV. Iſauri nepos imaginibus adverſatur. VII. 431. *col.* 1. & 2.

LEPROSARIA.

Vide, *Hoſpitale Leproſus*.

LEPROSUS.

Leproſi qui luem immundam ex brutali & abominando crimine contraxerunt, a cœtu fidelium removebantur. VI. 461. *col.* 2. & 462. *col.* 1. & 2.

Leproſorum multiplicatio occaſione reditus e Terra-Sancta. VIII. 355. *col.* 1. Hinc Hoſpita-

Digitized by Google

ſpitalia eis deſtinata. *ibid. col.* 1. & 2. Edicta Principum de eorum modo vivendi. *ibid. col.* 2. Quandonam Leproſi debeant habere propriam Eccleſiam & Sacerdotem? *ibid. col.* 1. & 2. Quomodo diſcernenda lepra? *ibid. col.* 2. Inter perſonas miſerabiles reputantur Leproſi, nec Decimas ſolvunt. *ibid. col.* 2. & 356. *col.* 1.

LEX.

Lex Dei ad utilitates noſtras commodaque temporalia non inflectenda. VI. 242. *col.* 2.

Lex generalis cedit Legi particulari. II. 534. *col.* 2. *n.* 3. Lex charitatis cedit Legi poſitivæ de obſervatione Sabbathi. *ibid. n.* 2. Conditor Legis in Lege diſpenſare poteſt. *ibid.* 535. *col.* 1. *n.* 5. Conditor Legis, ejuſdem legitimus interpres. IX. 133. *col.* 2.

Lege naturali nulla dignior. VI. 2. *col.* 1. Legis naturalis definitio. *ibid. col.* 1. Legis naturalis aſſeritur dignitas. *ibid. col.* 2. Qui Legi naturali contrariatur, ipſi Deo contrariatur. *ibid.* 3. *col.* 1. Hæc Lex immutabilis, nullique variationi obnoxia. *ibid. col.* 1. & 2. Nulla proprie diſpenſatio in Legem naturalem cadere poteſt. *ibid. col.* 2. §. 2. Nullâ diſpenſatione aut conſuetudine tolli aut mutari poſſunt, quæ in Canonibus Jure naturali vetita aut præcepta occurrunt. *ibid.* & 4. *col.* 1. Diſtinctio inter ea, quæ vetita per SS. Canones, habent deformitatem inſeparabilem aut ſeparabilem cum Lege naturali. *ibid.* 4. *col.* 1. & 2. §. 3. Illa, quæ ſeparabilem deformitatem conjunctam habent, per diſpenſationem licita non fiunt, niſi circumſtantiæ deformitatem abſtergentes ipsâ adſint. *ibid.* 5. *col.* 1. & 2. §. 4.

Lex poſitiva divina, multo Lege naturali inferior; & quare? VI. 3. *col.* 1. Hanc nemo tollere aut mutare poteſt, niſi Deus, qui illam condidit. *ibid.* 4. *col.* 1.

Lex poſitiva humana inferior Legi naturali & Legi poſitivæ divinæ. VI. 3. *col.* 1. & 2. Qui hanc Legem ex intuitu Legis divinæ, poteſtate ſibi a Deo datâ, pro Eccleſiæ aut Reipublicæ utilitate, edidit, illam mutare aut tollere poteſt. *ibid. col.* 2.

Lex Satura vel *Satyra*, quid ſit? VIII. 27. *col.* 1. Vide, *Satura*.

Lex ante publicationem manet ſine efficacia obligationis. IX. 17. *col.* 1. & 217. *col.* 1. Quid circa Legum promulgationem apud Romanos olim in uſu fuerit? *ibid.* 17. *col.* 1. Quare Legum neceſſaria promulgatio, ut obligent? *ibid. col.* 1. Quam promulgandi normam circa ſuas Leges ſervari voluerit Juſtinianus? *ibid. col.* 2. & 220. *col.* 1. & 2. & 121. *col.* 1. & 2. Hanc formam promulgationis a primis ſeculis ſervavit Eccleſia. *ibid.* 121. *col.* 2. §. 2. & 222. & *ſeq. col.* 1. & 2. Quod contra Legem eſt, id *violentum* eſt. *ibid.* 532. *col.* 2.

Lex Pontificia, quandonam obliget? IX. 17. *col.* 1. & 2. & 18. *col.* 1. & 2. A fine Inſtituti Eccleſiaſtici regiminis omnino abhorret, quod Legis novæ obligatione omnes ubique populi obſtringantur, ſolâ Romæ factâ publicatione. *ibid.* 18. *col.* 1. & 2.

Vide, *Leges Civiles*, *Fas*, *Nefas*, *Jus*, *Decreta Pontificum*, *Publicatio*.

LEX VETUS.

Legem veterem inter & Evangelicam quodnam ſit diſcrimen quoad malorum vindictam? VIII. 214. *col.* 2.

LIBELLI FAMOSI.

Libellorum famoſorum auctores quibus pœnis puniendi? VIII. 134. *col.* 2. & 135. *col.* 1.

LIBELLI MARTYRUM.

Libelli Martyrum olim erant ſpecies indulgentiæ. II. 200. *col.* 1. *n.* 6. & *ſeqq.* Quid illorum libellorum intuitu concedebatur? *ibid. n.* 7. Abuſus ex eo provenientes. *ibid.* 211. *col.* 1. *n.* 5. & *ſeqq.* Quomodo iis occurrerint Epiſcopi? *ibid. col.* 2. *n.* 9.

LIBELLI PRECUM.

Libelli Precum merito ab Epiſcopis examinandi, corrigendi & expurgandi. I. 260. *col.* 2. *n.* 6. & 261. *col.* 1. & V. 418. *col.* 1. Item Libelli certarum Confraternitatum, qui ſæpe multa pericula continent. III. 677. *col.* 2. *n.* 43.

LIBELLUS CONVENTIONALIS, ET LIBELLUS CIVILIS.

Libellus conventionalis quid ſit? IV. 236. *col.* 1. *n.* 1. Debet offerri Judici, & ejus auctoritate Reo communicari. *ibid. n.* 2. Olim etiam ante tempora Juſtiniani ignotus in Curiis Eccleſiaſticis, præſertim in Cauſis Civilibus, quia in iis nihil ſcripto agitari poterat. *ibid. n.* 3. & 4. Hodie non requiritur in Cauſis *ſummarie* terminandis; & quænam illæ? *ibid. col.* 2. *n.* 9. Quâ formâ concipiendus & offerendus? *ibid. n.* 10. & 237. *col.* 1. *n.* 11. In ejus formatione præcipue attendenda concluſio. *ibid.* 237. *col.* 1. *n.* 12.

Libelli conventionales una cum ſtylo forenſi in Judicia Eccleſiaſtica intrarunt. IV. 236. *col.* 1. & 2. *n.* 7. Quomodo diſtinctio Gloſſæ inter

causas

cauſas arduas & leviores, in quibus *ſummarie* eſt procedendum, ſit recepta? *ibid. col.* 2. *n.* 8.

Libellus civilis quis dicatur? IV. 317. *col.* 1. *n.* 4. Poſt concluſionem in Cauſa nulla nova facta allegari poſſunt ſine licentia Judicis per Libellum civilem impetranda. *ibid. eod. n.* Vetitum ejus occaſione novum proceſſum inſtituere. *ibid. col.* 1. *n.* 5.

LIBERALITAS.

Liberalis in pauperes debet eſſe Epiſcopus. VIII. 99. *col.* 1. Quis modus in Liberalitate ſervandus? *ibid. col.* 2.

LIBERTAS.

Libertatis definitio. IX. 530. *col.* 2.

Libertatis poſſeſſio, quid ſit? VI. 143. *col.* 1. Nullibi in Jure, ubi de dubio agitur extra materiam Juſtitiæ, ulla poſſeſſionis ipſius Libertatis habetur ratio. *ibid. col.* 1. Quam abſurda aſſertio, quod *in Foro conſcientiæ homo ſit manutenendus in poſſeſſione ſuæ Libertatis & famæ contra Deum & Legem. ibid. col.* 2. In dubio ſive facti, ſive juris, nullâ habitâ ratione poſſeſſionis Libertatis, tutius ſemper eſt ſequendum. *ibid. col.* 2. §. 8. & 144. & *ſeqq. col.* 1. & 2.

Vide, *Dubium*, *Probabiliſmum*.

LIBERTATES ECCLESIÆ GALLICANÆ

Libertates Eccleſiæ Gallicanæ a Facultate Theologica Pariſienſi propugnatæ, & ejus zelus in his defendendis a Parlamento Pariſienſi laudatus & accenſus. IX. 392. *col.* 1. & 393.

LIBERUM ARBITRIUM.

Libero Arbitrio non nocet Prædeſtinatio. VIII. 215. *col.* 2.

LIBRI APOCRYPHI.

De *Libris apocryphis* Decretum ſub nomine Gelaſii refert Gratianus; juxta quod Decretum quædam obſervanda. VIII. 41. *col.* 1. & 2.

LIBRI CANONICI.

Librorum Canonicorum Catalogus, qualis occurrit in Canonibus vulgo Apoſtolorum. VI. 388. *col.* 1. Expenditur ille Catalogus, præſertim circa ea, in quibus diverſus eſt a Catalogo hodie recepto. *ibid.* & 389. & *ſeq. col.* 1. & 2. Ex illo Catalogo argumentum aſſumi non poteſt contra modernum Codicem Canonicorum Librorum ab Eccleſia, ac notanter a Synodo Tridentina probatum. *ibid.* 390. *col.* 2. & remiſſive *in nota*. Quid de eorumdem Catalogo a Patribus Laodicenis confecto? VI. 563. *col.* 1. & 2. & *ibid. in nota* Catalogus Librorum Canonicorum a Patribus Africanis confectus. VII. 213. *col.* 1. & 2. Quanti ſit momenti determinare Catalogum Librorum Canonicorum? *ibid. col.* 2. In confirmando Catalogo Librorum S. Scripturæ, inhærendum traditioni Patrum. *ibid.* 214. *col.* 1. & 2.

Libri Canonici ſoli juxta Synodum Laodicenam in Eccleſia legendi. VI. 562. *col.* 1. & 2. Hunc ritum nonnullæ Eccleſiæ multis etiam ſeculis tenaciter retinuerunt. *ibid.* Quid attendendum in Lectionibus aliunde deſumptis? *ibid. col.* 2.

Librorum Canonicorum auctoritas. VIII. 33. *col.* 1. & 2. & 34. *col.* 1. & 2.

Vide, *Lectio*, *Scriptura ſacra*.

LIBRI PŒNITENTIALES.

Libri Pœnitentiales mediis ſeculis compoſiti; & quâ ratione? II. 155. *col.* 2. *n.* 12. Eorum deſcriptio. *ibid. n.* 13. & 156. *col.* 1. Epiſcoporum auctoritate probabantur & Presbyteris tradebantur, & juxta eos pœnitentias imponere tenebantur. *ibid.* 156. *col.* 1. *n.* 14. Horum Librorum utilitas. VIII. 97. *col.* 1.

Vide, *Canones Pœnitentiales*.

LIBRI PROHIBITI.

Libri Iconoclaſtarum a Concilio Nicæno II. prohibiti. VII. 466. *col.* 2. & 467. *col.* 1.

Librorum prohibitio ad quos ſpectet? I. 379. *col.* 2. *n.* 1. & *ſeqq.* & 380. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Varia merito in prohibitione Librorum attendenda. *ibid.* 379. *col.* 2. *n.* 3. & 380. *col.* 1. Libri in una Provincia prohibiti poſſunt in alia eſſe utiles. *ibid.* 383. *col.* 2. *n.* 23. & 384. *col.* 1. Quare Synodus Tridentina inter Decreta reformationis retulerit quidquid edixit quoad prohibitionem aut approbationem Librorum? IX. 286. *col.* 1.

Vide, *Index Librorum prohibitorum*.

Librorum falſo inſcriptorum ſub ementitis Apoſtolorum aut Sanctorum nominibus Auctores, quâ pœnâ olim coërciti? VI. 376. *col.* 2. & 377. *col.* 1.

Libri ab Ethnicis conſcripti quem ad finem legi poſſint? IX. 263. *col.* 2. An illorum Librorum lectio conveniat Clericis? VIII. 69. *col.* 2. & 70. *col.* 1.

LIBRI SACRI.

Libri ſacri ſummâ veneratione ſervandi. VII. 394. *col.* 2.

Vide, *Scriptura ſacra*, *Libri Canonici*, *Evangelium*.

LICEN-

LICENTIATUS JURIS.

Licentiati Juris ut miuus eſſe debent , qui ad monus Advocati admittuntur . IV. 204. *col.* 1. & 2. *n.* 13. Rigoroſum examen pet totum Jus , in ordine ad Gradum Licentiæ in Jure , requiſitum . *ibid. col.* 2. *n.* 17. & 205. *col.* 1. Ex Couſtitutione Juſtiniani requiritur ſtudium quinquennii , ut quis in Foro Jus profiteri poſſit ; hodie minus requiritur ad Gradum Licentiæ . *ibid.* 205. *col.* 1. *n.* 18.

LICITUM.

Licita quædam , aliquando propter abuſum vetantur . VIII. 62. *col.* 1. & 2.

LIMINA APOSTOLORUM.

Limina Apoſtolorum viſitandi obligatio , quæ incumbit Epiſcopis, originem habet ab Epiſcopis ad Romanam Metropolim pertinentibus . I. 201. *col.* 1. & 2. *n.* 16. & *ſeqq.* Olim idem erat ac Synodum juxta eadem limina celebrandam convenire . *ibid.* 202. *col.* 1. *n.* 20. & *ſeqq.* Hæc obligatio olim ſpectabat ad ſolos Epiſcopos , qui jure Metropolitico Ordinationi Epiſcopi Romani ſubjacebant . *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 21. & VIII. 104. *col.* 1. & 2. Quomodo ad Metropolitaoos, deinde ad omnes Epiſcopos extenſa ? I. 202. *col.* 2. *n.* 22. Quoties Epiſcopi Belgii Limina Apoſtolorum viſitare debeant ? *ibid. n.* 23. Quid per Limina Apoſtolorum hic intelligatur ? *ibid. n.* 24. Præcipuus ſcopus hodie eſt ad informandum Sedem Apoſtolicam de ſtatu ſuæ Eccleſiæ . *ibid.* 203. *col.* 1. & 2. *n.* 25. Ea informatio fit apud S. Congregationem Concilii Tridentini ; de quibus rebus , & quâ formâ ? *ibid. col.* 1. & 2. ſub *eod. n.* 25. Non , niſi legitimo impedimento detenti Epiſcopi , per ſpecialem Noncium ſatisfacere poſſunt huic Apoſtolorum Limina viſitandi obligationi ; & qualis debeat eſſe hic Nuncius ? *ibid. col.* 2. *n.* 26. Epiſcopi Belgæ & Galli non poſſunt accedere per ſe ad Limina Apoſtolorum ſine conſenſu Regis . *ibid.* 201. *col.* 1. & 2. *n.* 17. Prazis Belgii babet ut illa per Commiſſarium fiat . *ibid.* 203. *col.* 2. *n.* 27. & 204. *col.* 1.

LITIGIUM ET LITES.

Litigandi modum Corinthiorum redarguit Apoſtolus . IV. 2. *col.* 1. *n.* 1. In quo conſiſteret vitium Corinthiorum ? *ibid. n.* 4. Oſtendit Apoſtolus indignum eſſe , fideles ad tribunalia infidelium recurrere . *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 5. Quoſnam velit Apoſtolus conſtitui ad dirimendas lites ? *ibid. col.* 2. *n.* 9. Deſiderabat ut fideles a foreuſibus litigiis abſtinerent. *ibid.* 3. *col.* 1. *n.* 11. Quâ ratione ex ſenſu Apoſtoli litibus componendis Epiſcopi merito intenderint ? *ibid. n.* 13. Apoſtolorum mens non fuit Chriſtianos Juriſdictioni Magiſtratuum Civilium ſubducere . *ibid. col.* 2. *n.* 14. Nihil juſſit Apoſtolus quod Judicum infidelium juriſdictiouem tolleret aut minueret . *ibid. col.* 2. *n.* 15. & 4. *col.* 1.

Litibus componendis ſummam operam dedit S. Auguſtinus . IV. 5. *col.* 2. *n.* 1. Similiter & S. Ambroſius . *ibid. n.* 2. & 6. *col.* 1. Imperatores permiſerunt litigantibus ad Epiſcoporum Judicium provocare , rejectis Magiſtratibus civilibus . *ibid.* 6. *col.* 1. *n.* 4. Litigantium , altero recuſante , cauſa ad Epiſcopos trahi non poterat . *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 7. Epiſcopi potius arbitri quam Judices conſtituebantur ; idque de conſenſu utriuſque litigautis . *ibid. col.* 2. *n.* 9. Cur tanta fuerit Epiſcoporum auctoritas , tantaque litigantibus ad Judicia Epiſcopalia recurrendi libertas ? *ibid.* 7. *col.* 1. *n.* 12. Au ſuppoſititia Extravagans , quæ permittit litiganti , altero reluctante , expetere Epiſcopale Judicium ? *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 13. & *ſeqq.* Hanc legem probavit Carolus Magnus , voluitque in omnibus ſuis ditiouibus ab omuibus ſervari . *ibid.* 8. *col.* 1. *n.* 18. Quis fuerit Caroli Magni ſcopus in promulgatione hujus legis ? *ibid. n.* 19. Hæc lex hodie abrogata . *ibid.* 19. *col.* 2. *n.* 23. & 20. *col.* 1. Quo tenderet Epiſcoporum auctoritas in cauſis Laicorum ? *ibid.* 8. *col.* 1. & 2. *n.* 20. & 26. *col.* 2. *n.* 4. & 5. Pluribus ſeculis admodum extenſa fuit illa auctoritas . *ibid.* 12. *col.* 1. *n.* 1. Quo tempore cœperit imminui ? *ibid. col.* 2. *n.* 3. Ad quam anguſtos limites hodie reſtricta ſit ? *ibid.* 20. *col.* 1. *n.* 24.

Vide, *Forum competens, Immunitas, Juriſdictio.*

Litigantes hodie tam in Curiis Eccleſiaſticis quam ſecularibus cauſam per Advocatos proponere ſolent . IV. 203. *col.* 1. *n.* 2. Innocentius III. voluit ut non per Advocatos, ſed per ipſos litigantes factum exponeretur . *ibid. n.* 3. Id in praxim addoci optat Cujacius . *ibid. n.* 4.

Vide, *Advocatus.*

Litigandi forma quænam ſit hodie , ſive qualis ſit Cauſarum civilium inſtructio ? IV. 227. *col.* 2. *n.* 1. & *ſeq.* & 228. *col.* 1. & 2. *n.* 3. & *ſeqq.* Quomodo forma litigandi in Decretalibus præſcripta , Tribunalia ſecularia intraverit ? *ibid.* 229. *col.* 1. & 2. *n.* 15.

Litium unde oriatur multitudo & diuturnitas ? IV. 206. *col.* 3. *n.* 25.

Digitized by Google

Lites & diſcordiæ ſeculo IX. & ſequentibus, ſolitæ armis terminari. VIII. 352. *col.* 1. & 2. etiam pro bonis Eccleſiæ, aut Monaſteriorum. *ibid. col.* 2.

Lites plures inter eoſdem, an ab eodem Judice terminandæ? VIII. 498. *col.* 2. & 499. *col.* 1.

LITIS CONTESTATIO.

Litis conteſtatio quidnam dicatur, & quomodo inducatur? IV. 237. *col.* 1. *n.* 13. Proceſſus defectu litis conteſtationis eſt irritus. *ibid. col.* 2. *n.* 16. Quomodo de praxi hodierna inducatur litis conteſtatio? *ibid. n.* 17. Primitus in Judiciis Eccleſiaſticis ſolemnis conteſtatio in uſu non fuit. *ibid. n.* 18. nec hodie in ſummariis requiritur. *ibid. n.* 19. & 238. *col.* 1. An per litis conteſtationem hodie lis transeat ad hæredes abſque ulteriori reaſſumptione? *ibid.* 238. *col.* 1. *n.* 21.

LITTERÆ.

Litterarum ſacrarum ſcientia Epiſcopis neceſſaria. VIII. 69. *col.* 1. Earum & Canonum ignorantia in Clericis pernicioſa. *ibid.* 70. *col.* 1.

Litterarum ſecularium & librorum gentilium ſtudium an Clericis conveniat? VIII. 69. *col.* 2.

Vide, *Academia*, *Grammatica*, *Profeſſor*, *Canones*, *Univerſitates*.

LITTERÆ COLLIBISTICÆ.

Litteræ collibiſticæ quid ſint? VI. 243. *col.* 1. & 2.

LITTERÆ APOSTOLICÆ.

Litterarum Apoſtolicarum abuſus quoad evocationes. VIII. 416. *col.* 1. Turpe lucrum ex Litteris Apoſtolicis. *ibid. col.* 1.

LITURGIA.

Liturgiâ Chriſtus ſimplici modo in Scripturis expreſſo, Sacrificium incruentum inſtituit. II. 91. *col.* 1. *n.* 8. Apoſtolis tamen eorumque ſucceſſoribus poteſtatem reliquit ritum & ordinem ejuſdem inſtituendi. *ibid. n.* 9. Unde Eccleſiarum in cæremoniis & Liturgiis varietas? *ibid.* 92. *col.* 1. *n.* 15. Illa nullatenus obeſt unitati fidei. *ibid.* 94. *col.* 1. & 2. *n.* 23. Propriæ Eccleſiæ ritus ſervandus. *ibid. col.* 2. *n.* 24. Multa hodie in cæremoniis habentur pro lege, quæ ex abuſu irrepſerunt. *ibid.* 95. *col.* 1. *n.* 28. Unde plura in eis obſcura? *ibid. n.* 29. Liturgia Metropolitanæ Eccleſiæ in comprovincialibus olim ſervabatur. VIII. 38. *col.* 2. & 39. *col.* 1. & 295. *col.* 2.

Liturgia quâ uſi ſunt Apoſtoli, a S. Juſtino deſcripta. II. 91. *col.* 2. *n.* 12. Liturgiæ, quæ nomine Apoſtolorum circumferuntur, ſunt ſuppoſitæ. *ibid. n.* 13. & 92. *col.* 1. & VIII. 291. *col.* 2.

Liturgia Ambroſiana a Romana diſtincta. II. 92. *col.* 1. & 2. *n.* 16. Eâ utitur Eccleſia Mediolanenſis, & eam retineri voluit S. Carolus. *ibid. col.* 1. & 2. ſub *eod. n.*

Liturgia Mozarabica in Hiſpania viguit; & unde ſic dicta, & a quo compoſita? II. 92. *col.* 2. *n.* 17. Abrogata tempore Gregorii VII. eique ſubſtituta Romana. *ibid. n.* 18. Adhuc ſervatur Toleti. *ibid.* & 93. *col.* 1. ſub *eod. n.*

Liturgiam particularem habuit Gallia uſque ad tempora Caroli Magni, & quænam illa? II. 93. *col.* 1. *n.* 19. & 20. Miſſalia Gallicana evulgavit in ſuo de Liturgia Gallicana opere Mabillonius; & quid in illo contineatur? *ibid. col.* 2. *n.* 21.

LOCA SACRA.

Loca ſacra uſibus profanis non applicanda. VIII. 198. *col.* 1.

Vide, *Cæmeterium*, *Eccleſiæ*.

LOCUS PIUS.

Locorum piorum Superintendentes quinam ſint ex Lege Juſtiniani? III. 638. *col.* 2. *n.* 15. Tempore S. Gregorii cura piorum locorum incumbebat Epiſcopis. *ibid. n.* 16. Epiſcoporum auctoritas in pia loca ſeculo IX. vigebat. *ibid. n.* 17. & 639. *col.* 1. Synodus Tridentina voluit reſtauratam Epiſcoporum auctoritatem circa adminiſtrationem piorum locorum. *ibid.* 640. *col.* 1. *n.* 28. Hæc auctoritas non excludit curam & protectionem Principum. *ibid. n.* 29.

Loca pia non religioſa, Epiſcopo non ſubſunt quoad jus viſitandi. III. 641. *col.* 2. *n.* 38. An ſubjecta ſint quoad redditionem computuum? *ibid. col.* 2. *n.* 39. Cum promulgatum fuit Concilium Tridentinum in Belgio, appoſita eſt nota ad Decretum, quo cura Hoſpitalium committitur Ordinariis. *ibid. n.* 40. & 642. *col.* 1. Ex Concordatis inter Carolum V. & Epiſcopum Leodienſem, aliquando Epiſcopus computui non intervenit. *ibid.* 642. *col.* 1. & 2. *n.* 43.

Vide, *Adminiſtratio*, *Burſæ*, *Fundatio*, *Hoſpitale*.

LOTIO.

Lotio publica legibus prohibita. VII. 405. *col.* 1. & 2. Cautum fuit apud Romanos, ne nudus miles in conſpectu exercitus lavaretur. *ibid. col.* 1. Quanto ſit Chriſtianis probro, qui ſummâ inverecundiâ nudos omnimòdo in publicis fluviis lavari æſtate ſinunt & ſpectant? *ibid. col.* 1. & 2.

Lotio poſt actum conjugalem, præmiſſa apud

apud aliquas Gentes ante ingreſſum Eccleſiæ. VII. 422. *col.* 2. & 423. *col.* 1.
Vide, *Balneum*.

LUCERNA.

Lucernæ accendi ſolitæ a Gentilibus ad mortuorum monumenta. III. 684. *col.* 1. *n.* 27.

LUCRUM.

Lucrum ceſſans, uſuræ palliamentum. VIII. 356. *col.* 2. Quidquid lucri ex mutuo exigitur, vel ſperatur, uſura eſt. VI. 238. *col.* 1. & 2. Quænam requirantur conditiones, ut ratione lucri ceſſantis aliquid ſupra ſortem licite accipi poſſit? *ibid.* 244. *col.* 1. & 2.

LUDIMAGISTER.

Ludimagiſtri quales aſſumendi? II. 350. *col.* 2. *n.* 12. & 13. Debent emittere profeſſionem fidei, & coram quo? *ibid. n.* 11. & VIII. 617. *col.* 2. Non aſſumendi niſi probatæ vitæ. II. 350. *col.* 2. *n.* 12. Jus eos admittendi eſt penes Scholaſticum. I. 127. *col.* 1. & 2. *n.* 6. & II. 350. *col.* 2. *n.* 13. & 351. *col.* 1. *n.* 14. Quæ attendenda circa Jus aſſumendi Magiſtros? II. 351. *col.* 1. *n.* 15. Penes quos ſit Jus eos admittendi in locis ubi Scholaſticus deeſt? *ibid. n.* 14. Ludimagiſtrorum & Magiſtrarum officia circa Catechiſmum parvulorum. I. 49. *col.* 2. ſub *n.* 4. Quomodo ſe circa pueros habere debeant? *ibid.* & II. 351. *col.* 2. *n.* 18.

Ludimagiſter corrumpens in materia libidinis ſuos Diſcipulos, quâ pœnâ caſtigandus? IV. 152. *col.* 2. *n.* 40.
Vide, *Schola*, *Scholaſticus*.

LUDIMAGISTRA.

Ludimagiſtræ fidei profeſſionem emittere debent? VIII. 617. *col.* 2.
Vide, *Schola*, *Scholaſticus*.

LUDOVICUS BAVARUS.

Ludovicum Bavarum Inter & Fredericum Auſtriacum controverſia de Imperio. VIII. 596. *col.* 2. Uterque implorat coronationem a Pontifice futuro. *ibid. col.* 2. & 597. *col.* 1. Joannes XXII. in Pontificem electus conſtituit Robertum Regem Siciliæ Vicarium Imperii. *ibid.* 597. *col.* 1. & 2. Ludovicus appellat ad Concilium generale. *ibid. col.* 2.

LUDUS.

Ludus aleæ ſeu fortunæ Legibus Romanis prohibitus. I. 19. *col.* 2. *n.* 1. Speciatim interdicitur Clericis. *ibid. col.* 2. *n.* 2. & 20. *col.* 1. & V. 323. *col.* 1. & 2. §. 2. & 324. *col.* 1. & 2. & VI. 370. *col.* 1. & 2. & VIII. 377. *col.* 2. Quæ pœna Canone Trullano decreta in Clericum aleâ ludentem, quæ in Laicum? VII. 377. *col.* 1. *Les Ordonnances des Rois de France défendent les jeux de hazard à toutes ſortes de perſonnes*. I. 717. *col.* 1. *chap.* 5. Ludus aleæ comprehendit ludum chartarum, taxillorum, & generaliter omnem alium dependentem a fortuna. I. 20. *col.* 1. *n.* 3. Incommoda ex his luſibus provenientia. *ibid. col.* 2. *n.* 4. & V. *col.* 1. & 2. Conſuetudo Canones in hac materia in totum abrogare non poteſt. I. 20. *col.* 2. *n.* 4. & 21. *col.* 1. Quibus verbis Innocentius III. refellat Clericum quemdam alearum luſui vacantem, & obtentu conſuetudinis ſe a culpa eximere volentem? V. 328. *col.* 2. Circa reſtitutionem lucri ex ludo vetito, quid in Belgio obtineat? I. 21. *col.* 1. *n.* 6. Victori actio non conceditur ad lucrum petendum. *ibid. n.* 7. Qui alicui ſciens pecuniam credidit in luſum aleæ, repetendi actionem non habet. *ibid.* in *eod. n.* 7. In Brabantia aliquando impoſitum vectigal aleis, ſed ſine effectu; & quare? *ibid.* In *eod. n.*

Ludi quales Clericis liciti? I. 21. *col.* 1. & 2. *n.* 8. Quænam ſpecialiter ab Eccleſiaſticis, etiam in luſibus licitis, cavenda ſint? V. 325. *col.* 1. & 2. §. 3. & 326. *col.* 1. Moderatio & diſcretio in iis ſervanda. I. 21. *col.* 2. ſub *n.* 8. & 22. *col.* 1. Quomodo hæ convenienter haberi poſſint? *ibid.* 22. *col.* 1. *n.* 9. & V. 326. *col.* 1. A ſenſu Canonum aberrant, qui credunt Clericum Canonibus non contravenire, ſi tantum ſemel atque iterum ex occaſione luſerit? V. 327. *col.* 2. Quæ pœnitentia cuidam Epiſcopo impoſita *pro unico in itinere luſu*? *ibid. col.* 2. & 328. *col.* 1. An venatio annumeranda inter ea, quæ Clericis ad animi relaxationem permittuntur? *ibid.* 326. *col.* 2. §. 4. & 327. *col.* 1. & 2.
Vide, *Venatio*.

LUDI THEATRALES.

Vide, *Spectacula*.

LUIPOLDUS.

Luipoldus Epiſcopus Wormatienſis in Archiepiſcopum Moguntinum eligitur; & hujus electionis causâ, ſchiſma in Eccleſia Moguntina. VIII. 437. *col.* 2. & 438. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Ad Wormatienſem Eccleſiam redire cogitur. *ibid.* 439. *col.* 2. & 440. *col.* 1.
Vide, *Innocentius III.*

LUNA.

Digitized by Google

LUNA.

Lunæ vitanda ſuperſtitioſa obſervatio. VIII. 246. *col.* 1.

LUSUS.

Luſus interdum ad animi relaxationem licite adhibentur. V 322. *col.* 1. & 2. §. 1. Quid attendendum in iis, quæ in recreationem aſſumuntur? *ibid. col.* 2. & 323. *col.* 1.
Vide, *Ludus*,

LUXUS.

Luxus Epiſcoporum & Clericorum quam nocivus Eccleſiæ. III. 440. *col.* 2. *n.* 17. & *ſeq.* & 441. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 19. & *ſeqq.* Putant plures Eccleſiaſtici ſibi venerationem & auctoritatem accerſendam per ſuperbam ſupellectilem & familiæ magnificum apparatum. *ibid.* 441. *col.* 2. *n.* 23. Hunc prætextum vanum eſſe jampridem oſtendit Synodus Carthaginenſis, cujus Decretum probavit & innovavit Synodus Tridentina. *ibid. n.* 24. Idem prætextus pluribus reprobatus. *ibid. n.* 25. & 442. *col.* 1. *n.* 26. & *ſeqq.* Perverſa perſuaſio, quâ quidam Eccleſiaſtici credunt ſibi licitum proventus Eccleſiaſticos in ſplendida convivia, aliumque luxum convertere, ut auctoritatem apud populum ſibi concilient. V. 306. *col.* 1. & 2. §. 10. & 307. *col.* 1. Quid Synodus Nicæna II. decreverit contra luxum Epiſcoporum & Clericorum? VII. 475. *col.* 2. & 476. *col.* 1. & 2. Quid voluerit S. Carolus circa veſtitum Epiſcopi, ſupellectilem, menſam, familiam? III. 440. *col.* 1. & 2. *n.* 13. & *ſeqq.*
Luxum omnem in conviviis vitare debent Eccleſiaſtici, ne proventus Eccleſiaſticos inutiliter conſumendo, bona pauperum ſacrilege dilapident. V. 304. *col.* 2. §. 9. & 305. & *ſeq. col.* 1. & 2. Meminiſſe debent Eccleſiæ bona non eſſe ſibi credita ad luxum. *ibid.* 306. *col.* 1.

LYSTRA.

Lyſtra, quid ſit? III. 220. *col.* 1. *n.* 32. Quibuſnam competat Jus Lyſtræ? *ibid. n.* 33. & 222. *col.* 1. & 2. *n.* 39. & 40. Si Lyſtra Eccleſiam nimis deformet, poteſt non admitti, non obſtante conſuetudine in contrarium. *ibid.* 222. *col.* 2. ſub *n.* 40. *Obſervation ſur le droit de Litre*. III. 776. *col.* 2.
Vide, *Inſignia*.

M

MACEDONIANI.

Macedoniani Hæretici a quo nomen ſuum acceperint? VI. 581. *col.* 2. Dicti quoque *Pneumatomachi* & *Semiariani*; & quare? *ibid.* Condemnantur in Concilio Conſtantinopolitano primo. *ibid.* 580. *col.* 1. & 2. & 581. *col.* 1. & 2.

MAGIA.

Magicis artibus jampridem creditum eſt elementa poſſe turbari. IV. 135. *col.* 2. *n.* 19. Jampridem Magos inclamaſſe mortuos, a quibus futura prædicerentur, teſtatur Tertullianus. *ibid.* 136. *col.* 1. *n.* 21. Idem monet ſæpius hominum ſenſibus hic illudi per dæmoniacas præſtigias. *ibid. n.* 22. Magicæ artes & incantationes ſemper vetitæ. *ibid.* 137. *col.* 1. & 2. *n.* 29. & *ſeqq.* S. Chryſoſtomus invehitur in eos, qui magicis utuntur ad conſervationem vitæ. *ibid. col.* 2. *n.* 32. Quid in Synodo Ancyrana decretum contra eos, qui maleficos accerſunt in domos ſuas aliquid arte magicâ exquirendi causâ? VI. 409. *col.* 1. & 2. Canon Trullanus contra varias præſtigiarum & magicarum artium ſpecies. VII. 384. *col.* 1. & 2. & 385. & *ſeq. col.* 1. & 2. Superſunt adhuc hodie plurimæ ſimiles ſuperſtitiones, quibus eradicandis ſedulo invigilandum. *ibid.* 386. *col.* 1. De Magicarum artium inefficacia. VIII. 246. *col.* 1. Quandonam impotentia ex maleficio dirimat Matrimonium? VIII. 271. *col.* 2.
Vide, *Sortilegium*, *Superſtitio*.

MAGISTER CLERICORUM.

Magiſter qui Clericos gratis docet, Beneficio in Cathedrali Eccleſia donandus. VIII. 350. *col.* 1. & 2.

MAGISTER GRAMMATICÆ.

Vide, *Grammatica*, *Ludimagiſter*.

MAGISTER S. PALATII.

Magiſter S. Palatii jure ſuo eſt Conſultor ſancti Officii. I. 376. *col.* 1. ſub *n.* 22. item Congregationis Indicis. *ibid.* 384. *col.* 2. *n.* 27. Ejus inſtitutio & auctoritas. *ibid. col.* 2.

MAGISTER SENTENTIARUM.

Vide, *Petrus Lombardus*.

MAGISTER THEOLOGIÆ.

Vide, *Canonicus Theologus*.

MAGISTRA PUELLARUM.

Vide, *Ludimagiſtra*, *Schola*.

MAGISTRATUS.

Magiſtratus fidei profeſſionem emittere debent; & qualem? VIII. 617. *col.* 2. & *ibid.* *in nota* (*a*).

Magiſtratuum magnanimorum eſt pro Juſtitia agonizari, eamque intrepide profiteri, & pro muneris ſui debito adminiſtrare. IX. 587. *col.* 2.

Vide, *Senatus*, *Judex*, *Recurſus*.

MAJESTAS.

Majeſtatis læſæ criminis Rei ab aſylo Eccleſiarum excluſi. IX. 132. *col.* 2. §. 8.

MAJOR.

Major, interdum ſic vocatus eſt Abbas, ſive Monaſterii Præfectus. I. 555. *col.* 2. *n.* 6. Illud nomen ſubſtantive ſumptum, ipſam dignitatem & præeminentiam Abbatis denotat. *ibid.* in *eod.* *n.* Hodie etiam apud Camaldulenſes Eremitas, Monaſterii Præfectus dicitur *Major*. *ibid.* ſub *eod.* *n.*

MALEDICTUM.

Maledictum, quoruplex? VIII. 233. *col.* 1. & 2. An criminoſi maledictionis ſententiâ ſint feriendi? *ibid.* 233. *col.* 1.

Vide, *Excommunicatio*.

MALEFICIUM.

Malefici quinam proprie dicantur? IV. 133. *col.* 2. ſub *n.* 8. Sortes divinatorias Leo IV. reputat maleficia. *ibid.* *col.* 1. *n.* 5. Leges contra Maleficos. *ibid.* 135. *col.* 1. *n.* 17. & 18. De maleficiis per res ſacras ipſumque Miſſæ ſacrificium. VIII. 242. *col.* 1.

Vide, *Magia*, *Sortilegium*.

MALI.

Mali quandoque in Eccleſia tolerandi. VIII. 214. *col.* 1. Non corporali, ſed ſpirituali vindictâ puniendi ſunt. *ibid.* *col.* 1. & 2. Diſcrimen quoad hoc inter Legem veterem & Evangelicam. *ibid.* *col.* 2. Quandonam mali in Eccleſia tolerandi ſint, & quandonam puniendi? *ibid.* *col.* 2. Neque prædeſtinatione ad vitam, neque præſcientiâ ad mortem redditur inutilis malorum correptio. *ibid.* 215. *col.* 1. Mali quandoque ad aliorum terrorem puniendi ſunt. *ibid.* 216. *col.* 1. Sic malis impendenda eſt miſericordia, ut eis peccandi impunitas non tribuatur. *ibid.* *col.* 2. An licitum ſit malos occidere? *ibid.* 217. *col.* 1. & 2. Eccleſia debet apud Principes pro malis intercedere, non eos temerario auſu defendere. *ibid.* 173. *col.* 2. & 218. *col.* 1. & 2. Judex non dici poteſt crudelis, quod malos puniat. *ibid.* 220. *col.* 1. Mali per Eccleſiam cogi poſſunt ad bonum. *ibid.* 222. *col.* 2. & 223. *col.* 1. Nequaquam tamen in eum finem Clerici ſuâ auctoritate poſſunt arma arripere. *ibid.* 225. *col.* 1.

Mali quorum crimina Judici *denuntiata*, & certis indiciis aut documentis *probata* non ſunt, a Communione ſegregari ſive prohiberi inviti non poſſunt. IX. 38. *col.* 2.

MALUM.

Malum minus, an poſſit committi, ut in aliis majora mala evitentur? VIII. 39. *col.* 2. & 40. *col.* 1. Quis ſit ſenſus hujus ſententiæ: *Minus malum de duobus eligendum eſt*? *ibid.* 39. *col.* 2. Mala punieda non amore vindictæ, ſed juſtitiæ zelo. *ibid.* 217. *col.* 1.

MANBURNUS.

Vide, *Ædituï*.

MANDATUM.

Vide, *Procurator*.

MANDATA DE PROVIDENDO.

Mandata quare dicantur Expectativæ? III. 110. *col.* 2. *n.* 2. Quandonam uſus Mandatorum invaleſcere cœperit? *ibid.* *n.* 5. & 111. *col.* 1. Quænam mens olim fuerit Pontificum in concedendis Mandatis? *ibid.* 111. *col.* 2. *n.* 10. Quo tempore frequentiora fuerint Mandata? *ibid.* 112. *col.* 2. *n.* 16. Non ſolebant Pontifices ſingulas Eccleſias pluſquam uno Mandato gravare. *ibid.* *n.* 17. Querelæ Anglorum & Gallorum de exceſſu Mandatorum. *ibid.* 113. *col.* 1. *n.* 21. & 114. *col.* 1. *n.* 26. Unde uſus Mandatorum cœperit incrementum? *ibid.* 115. *col.* 1. *n.* 32.

Mandatorum de providendo origo. III. 110. *col.* 2. *n.* 5. & 111. *col.* 1. & 2. *n.* 6. & *ſeqq.* & 117. *col.* 2. *n.* 2. Meræ preces primum fuere; Precibus tandem additum Mandatum. *ibid.* 117. *col.* 2. *n.* 4. & 118. *col.* 1.

Mandatis non comprehenduntur Beneficia Patronatus laici. III. 113. *col.* 1. *n.* 19.

Mandatorum forma quotuplex? III. 112. *col.* 1. & 2. *n.* 12. & *ſeqq.* *Le Pape ne donne plus de Mandats Apoſtoliques en France, depuis plus d'un ſiécle*. III. 752. *col.* 2. & 753. *col.* 1.

Vide, *Expectativa*, *Reſervatio Beneficiorum*.

MA,

Digitized by Google

MANIPULUM.

Manipulum hodlernum ſucceſſit in locum *mappulæ* ſive *ſudarii*. VIII. 105. *col.* 2.
Vide, *Mappula*.

MANSIONARIUS.

Manſionarius quid fuerit? VII. 68. *col.* 2. & 69. *col.* 1.

MANSIONES.

Manſiones dictæ ſunt *Procurationes* Epiſcopis viſitantibus dandæ. VIII. 148. *col.* 2.
Vide, *Procuratio*.

MANSUS.

Manſus Eccleſiæ quid dicatur, & quid contineat? III. 579. *col.* 1. & 2. *n.* 22. & 23. Ejus immunitas conceſſa per Ludovicum Pium & Carolum Calvum. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 21. & 24. Item per Decretales. *ibid.* 582. *col.* 2. *n.* 2. Quis auctor Capituli hanc immunitatem aſſerentis. *ibid.* in *eod. n.* Secundnm aliquos vi hujus Decretalis ſola dos Eccleſiæ gaudet immunitate. *ibid.* 583. *col.* 1. *n.* 4. Alii credunt vi hujus Decretalis omnia bona Eccleſiæ fuiſſe immunia, & ſola patrimonialia excepta. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 6. Immunitas Eccleſiaſtica ſeculo IX. & X. ultra terminos hujus Decretalis extenſa non fuit. *ibid. col.* 2. *n.* 7.
Vide, *Immunitas*.

MANUMISSIO.

Manumiſſiones olim in Eccleſia fiebant; & quænam eſſent hæ manumiſſiones? VII. 257. *col.* 2. & 258. *col.* 1. Quandonam in Africa receptæ ſint? *ibid.* 273. *col.* 2.
Manumiſſorum ſervorum libertas duobus vel tribus teſtibus probanda. VII. 410. *col.* 1. & 2.

MANUS-MORTUA.

Vide, *Amortizatio*.

MANUTENENTIA.

Manutenentiæ definitio & effectus. IV. 61. *col.* 1. *n.* 43. & IX. 517. *col.* 2. §. 2. & 518. *col.* 1. & 2. Dicitnr Judicium poſſeſſorium. IX. 518. *col.* 1. Quæ ſunt requiſita ad litteras manutenentiæ obtinendum? IV. 61. *col.* 2. *n.* 45. Clerici pro *manutenentia* ad Auditoria Regia recurrere quodammodo coguntur. *ibid. n.* 48. & IX. 75. *col.* 1. & 2. Nullas ideo incurrunt Cenſuras, cum id fiat ad nudum auxilium pro tollenda violentia. IX. 75. *col.* 2. Quomodo in his cauſis procedat Judex Regius? *ibid.* 77. *col.* 2. Quando ſit locus manutenentiæ, quando non ſit? *ibid.* 178. *col.* 1. Quid ante omnia in Judicio manutenentiæ reqniratur? *ibid.* 518. *col.* 2. & 519. *col.* 1. Quandonam non liceat Beneficiato viâ manutenentiæ ſibi proſpicere? *ibid.* 552. *col.* 1. & 2. Hodie titulo manutenentiæ fere omnes cauſæ Eccleſiaſticæ devolvuntur ad Conſilia Regia: & quæ hujus ratio? IV. 61. *col.* 2. *n.* 47. & *ſeqq.* Incommoda, quæ inde oriuntur, & quâ ratione illis poſſit occurri? *ibid.* 62. *col.* 2. *n.* 52.

Manutenentia cadit præcipue ſuper poſſeſſione functionum ſpiritualium & ſacramentalium Beneficio annexarum. IX. 548. *col.* 2. §. 2. & 549. & *ſeq. col.* 1. & 2. Senatus Regius, manutenendo Parochum adverſus Cenſuram *viâ facti* latam, non dat ipſi poteſtatem Clavium aut Curam Paſtoralem, atque adeo non apponit manum ad thuribulnm. *ibid.* 554. *col.* 2. §. 6. & 555. & *ſeq. col.* 1. & 2. Belgici Senatus conſtanter manutenuerunt Paſtores, Canonicos, alioſqne in uſu & exercitio functionum ſuarum ſpiritualium & Paſtoralium, etiam adverſus Cenſuras Eccleſiaſticas viâ facti & nulliter inflictas. *ibid.* 556. *col.* 1. §. 7. Hæc praxis Belgica rebus judicatis confirmatur. *ibid. col.* 1. & 2. & 557. *col.* 1. & 2. Demonſtratur Epiſtolam Maximiliani Belgii Gubernatoris ad Senatus Belgicos, nequaquam manutenentiæ obſtare. *ibid.* 557. *col.* 2. §. 8. & 558. & *ſeq. col.* 1. & 2. Hæc Epiſtola ſubreptitie & obreptitie per nimiam importunitatem extorta. *ibid.* 558. *col.* 1. Integra refertur. *ibid.* 636. *col.* 1. & 2. & 637. *col.* 1. & 2. & 638. *col.* 1. & 2. Manutenentia a ſupremo Senatu Brabantiæ conceſſa cuidam Presbytero Oratorii, in poſſeſſione functionum ſuarum Paſtoralium. IX. 627. & 628. *col.* 1. & 2. Variæ Sententiæ, quibus varii Beneficiati manutenentur in poſſeſſione ſuorum Beneficiorum & functionum eis annexarum. *ibid.* 629. & *ſeq. col.* 1. & 2. Sententia manutenentiæ ſupremæ Curiæ Montenſis, cnm Decretis quorum vi poſſeſſorinm cuidam Paſtori adjudicatur. IX. 666. 667. & 668. *col.* 1. & 2.
Vide, *Poſſeſſorium*, *Judicium poſſeſſorium*.

MAPPULA.

Mappulis & *Sudariis* uti non poterant Diaconi ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia; & quid per *Mappulam* & *Sudarium* intelligendum? VIII. 105. *col.* 2.

MARCELLIANI.

Marcellianorum anathematizatur hæreſis. VI. 582. *col.* 1. & 2.

MAR-

Parochus audiendus in erectione novi Monaſterii intra limites ſuæ Parochiæ. I. 434. *col.* 1. *n.* 9. Ordinarie receptioni Regularium adjicitur, quod ſe non poterunt ingerere Officio Paſtorali ſine ejus conſenſu. I. 436. *col.* 2. ſub *n.* 15.

Parochus in adminiſtratione Sacramentorum quomodo ſe gerere debeat? II. 7. *col.* 2. *n.* 1. & *ſeqq.* & 8. *col.* 1. & 2. *n.* 4. & *ſeqq.* Quomodo ante eorum adminiſtrationem ſe præparare debeat? *ibid.* 7. *col.* 2. *n.* 2. Semper debet eſſe paratus illa adminiſtrare etiam tempore peſtis. *ibid.* 8. *col.* 2. *n.* 6. & 7. Si id neglexerit, Paſtoratu privari poteſt. *ibid.* in *eod. n.* 7. Nullus in aliena Parochia, aut alienis Parochianis Sacramenta adminiſtrare poteſt. II. 10. *col.* 2. *n.* 16.

Parochus eſt ordinarius & privative Miniſter Baptiſmi in ſua Parochia. II. 28. *col.* 1. *n.* 4. Quomodo jus baptizandi ab Epiſcopo accipiat? *ibid. n.* 3. Nemo ſolemniter baptizare poteſt ſine conſenſu Parochi. *ibid. n.* 5. Parochus non facile aſſumere debet munus Patrini. II. 46. *col.* 2. *n.* 10. Convenit, ut ſit inſtructus de modo exſcindendi infantem, ſi caſu puerpera in partu moriatur. *ibid.* 49. *col.* 2. *n.* 25.

Parochi eſt purificare mulieres poſt partum. II. 51. *col.* 2. *n.* 8.

Vide, *Purificatio*.

Parochi officium circa Sacramentum Confirmationis. II. 55. *col.* 2. *n.* 11. & 56. *col.* 1. Pueri confirmandi teſtimonium Parochi adferre debent de ſufficienti inſtructione. *ibid.* 56. *col.* 2. *n.* 15.

Vide, *Confirmatio*.

Parochus ſolus jure ordinario diſtribuit Euchariſtiam. II. 67. *col.* 2. *n.* 20. & 68. *col.* 1.

Vide, *Euchariſtia*.

Paro-

Parochus ſolus dare poteſt Communionem Paſchalem. II. 75. *col.* 2. *n.* 11. & 76. *col.* 1. Tempus Paſchale prorogare poteſt. *ibid.* 76. *col.* 2. *n.* 15. Non poteſt ſuâ auctoritate infligere pœnam non communicanti in Paſchate, & cur minus quam a Communione repellere? *ibid.* 77. *col.* 2. *n.* 18.

Vide, *Communio.*

Parochus ſolus poteſt deferre Euchariſtiam ad infirmos. II. 79. *col.* 2. *n.* 8. Omni tempore, etiam noctu, debet eſſe paratus ad Viaticum infirmis adminiſtrandum. *ibid.* 80. *col.* 2. *n.* 12.

Vide, *Viaticum.*

Parochi cura circa Anniverſaria aliaſque Fundationes. II. 126. *col.* 1. *n.* 26. Audiendus in earum reductione. *ibid.* 128. *col.* 1. *n.* 34. & *ſeqq.* Non convenit ut Fundationes Anniverſariorum Subditis ſuadeat. *ibid. col.* 2. *n.* 36. In Eccleſia Parochiali ſine ejus licentia nemo poteſt celebrare. II. 137. *col.* 1. & 2. *n.* 13. Jus Parochi per Sententiam Regiam firmatum. *ibid. col.* 2. *n.* 14.

Vide, *Anniverſarium*, *Fundatio.*

Parochus olim privative erat Miniſter Sacramenti Pœnitentiæ, ita ut abſolutio ſine ejus licentia data, haberetur nulla. II. 172. *col.* 1. *n.* 8. Quandonam cœperit dari facultas excipiendi Confeſſiones Fratribus Mendicantibus, & ſenſim aliis Presbyteris, ſed ſine præjudicio Parochi? *ibid. col.* 2. *n.* 10. Adhuc hodie Parochiani tenentur ſemel in anno ei vel alteri de ejus licentia confiteri. *ibid.* 173. *col.* 1. *n.* 13. Quod multis probatur. *ibid.* & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 14. & *ſeqq.* Non tantum a Laicis, ſed & a Clericis id exactum; & quis cenſendus ſit ſingulorum proprius Sacerdos ſeu Parochus? II. 174. *col.* 1. & 2. *n.* 19. Quid de hac obligatione ſentiat Eccleſia Gallicana? *ibid.* 175. *col.* 1. *n.* 21. Sententia Archiepiſcopi Rhemenſis ſuper hoc jure Parochorum. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 22. Ratio hujus juris & diſciplinæ. *ibid. col.* 2. *n.* 23. Prudentia in hoc præcepto urgendo neceſſaria. *ibid. n.* 24. In concedenda licentia alteri confitendi, debet eſſe facilis. *ibid.* 176. *col.* 1. *n.* 25.

Parochis jure proprio competit ſuorum Parochianorum confeſſiones audire. II. 176. *col.* 2. *n.* 1. & 177. *col.* 1. Hac de re Gerſonii ſententia, cui conforme videtur Decretum Concilii Tridentini. *ibid.* 177. *col.* 1. & 2. *n.* 2. & 3. Occaſione Privilegiorum de excipiendis Confeſſionibus conceſſorum Mendicantibus, multa & gravia diſſidia Parochos inter & Mendicantes. II. 178. *col.* 2. *n.* 6. & 7. & 179. *col.* 1. & 2. *n.* 8. & *ſeqq.* Parochorum cauſam ſuſcipit Gerſonius. *ibid.* 181. *col.* 1. *n.* 12. Plurimi Præſules in Concilio Tridentino petunt, ut revocentur hæc Mendicantium Privilegia. *ibid. n.* 13. Obſiſtunt Ordinum Regularium Superiores generales, quorum cauſam inter alios ſuſcipiunt S. Thomas & Cardinalis de Luca. *ibid. col.* 2. *n.* 14. & 15. & 182. *col.* 1. & 2. *n.* 16. & *ſeqq.* & 183. *col.* 1. *n.* 19. Quibus moti principiis, Privilegiorum Patroni ea defendere conarentur? *ibid.* 183. *col.* 2. *n.* 20. Quamdiu intacta manſerit neceſſitas confitendi proprio Parocho? *ibid.* 184. *col.* 1. *n.* 22. An iterum faciendæ Parocho confeſſiones, quæ antea alieno Sacerdoti fuerunt peractæ? *ibid. col.* 2. *n.* 24.

Parochi poteſtas excipiendi confeſſiones, titulo ſui Beneficii, non ſe extendit extra fines ſuæ Parochiæ. II. 186. *col.* 2. *n.* 8. Vi tamen conſuetudinis illam excipere poteſt in aliis Parochiis ejuſdem Diœceſis, & in quo ea conſuetudo fundata ſit? *ibid. n.* 9. & 187. *col.* 1. Etiam quandoque in Parochiis extra Diœceſim. *ibid.* 187. *col.* 1. *n.* 10. Ante Concilium Tridentinum poterat cuilibet Presbytero concedere licentiam excipiendi confeſſiones in ſua Parochia. *ibid. col.* 2. *n.* 11. Eadem obtinent in habentibus Beneficium Curatum, ſive Seculare, ſive Regulare; & quodnam tale cenſeatur? *ibid.* 186. *col.* 1. *n.* 4. & 5.

Vide, *Confeſſio*, *Approbatio.*

Parochus eſt Miniſter ordinarius Extremæ Unctionis. II. 242. *col.* 2. *n.* 11. & 243. *col.* 1. Quomodo infirmos ad ejus ſuſceptionem tempeſtivam teneatur inducere? *ibid.* 243. *col.* 1. *n.* 12. Illam adminiſtrare tenetur cum periculo vitæ. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 15. Quam periculoſum ſit Parocho, ſi ejus culpâ hoc Sacramentum negligatur. *ibid. col.* 1. *n.* 14. Quomodo Parochus in adminiſtratione hujus Sacramenti ſe debeat gerere? *ibid.* 243. & *ſeqq. col.* 2. *n.* 16. & *ſeqq.*

Vide, *Extrema-Unctio.*

Parochi cura & viſitatio Scholarum. II. 352. *col.* 2. *n.* 20. Nec per Archipresbyterum aut Scholaſticum excluditur. *ibid.* 351. *col.* 1. & 2. *n.* 16.

Vide, *Schola.*

Parochi eſt aſſignare locum honorabiliorem In ſua Eccleſia. III. 220. *col.* 1. & 2. *n.* 28. Quomodo ſe gerere debeat, ſi occurrant controverſiæ cum Toparcha quoad jura honorifica? *ibid.* 222. *col.* 2. *n.* 4. & 223. *col.* 1.

Parochi jus & officium circa Sponſalia. *ibid.* 353. *col.* 2. *n.* 4. & *ſeqq.* & 354. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 7. & *ſeqq.*

Vide, *Sponſalia.*

Parochi aſſiſtentia neceſſaria ad validita-

tem Matrimonii. II. 373. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.*

Vide, *Matrimonium*, *Metus*, *Parentes*.

Parochus ex Concordatis Brabantiæ & Edictis Regiis, jus habet interveniendi computibus Hoſpitalium & piorum locorum. III. 642. *col.* 2. *n.* 48. & 643. *col.* 1. Auctoritas ejus circa bona Fabricæ & Menſæ S. Spiritus. I. 55. *col.* 2. *n.* 4. & 56. *col.* 1. & 665. & *ſeqq.* & 680. *col.* 1. & 2.

Parocho cura incumbit circa teſtamenta ſuorum Subditorum & eorum executionem. IV. 47. *col.* 1. *n.* 34. & 35. Merito curam habere debet Captivorum. IV. 291. *col.* 2. *n.* 37. & 292. *col.* 1.

Vide, *Æditui*, *Fabrica*, *Menſa S. Spiritus*, *Congregatio Paſtorum*, *Decimæ*, *Domus Paſtoralis*, *Novalia*, *Oblatio*, *Portio congrua*, *Communio*, *Clericus*, *Presbyter*, &c.

PASCHA.

Paſchales dies Eccleſia voluit eſſe dies lætitiæ; & quare? II. 44. *col.* 1. *n.* 51. & 52. Acris contentio inter Victorem Summum Pontificem & Polycratem de die, quo Paſcha celebrandum eſſet. VI. 390. *col.* 2. & 351. *col.* 1. Hujus contentionis cauſa latius exponitur, VI. 396. *col.* 2. §. 6. & 397. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Quid circa hanc quæſtionem actum & decretum fuerit in Concilio Nicæno? *ibid.* 404. *col.* 2. §. 10. & 405. *col.* 1. Cur Patres Concilii aliâ formâ uſi ſint in Decreto de die celebrandi Paſcha, quam in Decreto de Fide? *ibid.* 405. *col.* 1. Decretum Synodi Nicænæ de celebratione Paſchæ in Antiochena Synodo confirmatur. VI. 501. *col.* 1. & 2. Feſtum Paſchatis uno eodemque die ab omnibus celebrandum. VII. 226. *col.* 1. Quanta fuerit Patrum cura hujus diſciplinæ? *ibid.* & 240. *col.* 1. Quo die Paſcha celebrandum eſſet; in Concilio quod annuatim celebrabatur, determinari debebat. VII. 240. *col.* 1. & 2. Paſcha die Dominico celebrandum. VIII. 297. *col.* 1.

Paſchali tempore quare non genuflectendum in orationibus? VI. 440. *col.* 2. & 441. *col.* 1. Paſchalis Feſtivitas *Magnus dies* dicta a Synodo Ancyrana. *ibid.* 452. *col.* 2.

Paſchalis Octava olim tota ſolemniter celebrabatur. VII. 255. *col.* 2. & 392. *col.* 1. & 2. A quo primum & quo ſecuſo Paſchales Feſti dies ad tres primos contracti? *ibid.* 392. *col.* 2. Ratio illius commutationis. *ibid.* 393. *col.* 1. Veſtigium hodiernum veteris diſciplinæ. *ibid. col.* 1. & 2.

Paſchalis Communio, ubi facienda? II. 75. *col.* 1. & 2. *n.* 8. Vide, *Communio*, *Parochia*.

PASTOR.

Paſtores, ut ſemper ſancte Sacramenta adminiſtrare poſſint, ſancte vivere debent. II. 7. *col.* 2. *n.* 1.

Paſtores non citra neceſſitatem ab ovibus ſuis avocandi. VII. 293. *col.* 2.

Paſtorale Miniſterium quam ætatem requirat? VIII. 329. *col.* 1.

Vide, *Epiſcopus*, *Clericus*, *Parochus*.

PASTOR PRIMITIVUS.

Paſtorum primitivorum origo. III. 536. *col.* 1. & 2. ſub *n.* 9. & *n.* 10. & *ſeqq.* & VI. 45. & *ſeqq. col.* 1. & 2. §. 9. Hoc nomen etiam in novo Jure Canonico ignotum; & quid ſignificet? VI. 47. *col.* 1. Solus titulus primitivi Paſtoris non ſufficit, ut Vicarius perpetuus ab electione ſui Vice-Paſtoris excludatur. I. 28. *col.* 2. ſub *n.* 2. Paſtores primitivi Eccleſiis tenentur præficere Vicarios perpetuos, qui ab ipſis in ſuis titulis ſint independentes. III. 538. *col.* 2. *n.* 25. & 26. & *ſeqq.* Abbates, Canonici, aliique poſſidentes Eccleſias unitas & datas Vicariis perpetuis, tantum ſunt nomine tenus Paſtores. III. 539. *col.* 1. *n.* 29. Non poſſunt Vicarios ſine conſenſu Epiſcopi Parochialibus Eccleſiis præficere. VI. 46. *col.* 2. Quare dicti ſint *perſonæ*? *ibid.* 47. *col.* 1. & 2. Unde dicti Paſtores primitivi? *ibid. col.* 1. & III. 539. *col.* 1. *n.* 30. Curæ animarum ſeſe immiſcere non poſſunt. III. 539. *col.* 1. *n.* 31. Ex conſuetudine ipſis competunt jura honorifica; & quænam illa? *ibid.* 539. *col.* 1. & 2. *n.* 33. & VI. 47. *col.* 2. Jus nominandi Vice-Paſtorem, Cuſtodem, Concionatorem, &c. iiſdem competit. III. 539. *col.* 2. *n.* 35. & 540. *col.* 1. In his turbandi non ſunt, dum ſine præjudicio curæ animarum Vicario incumbentis iis utuntur. *ibid.* 540. *col.* 1. *n.* 36. Tenentur Vicariis ſuis ad Portionem congruam ante alios majores Decimatores. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 37. & 550. *col.* 1. *n.* 9. Patroni Eccleſiaſtici ſolent eſſe Paſtores primitivi, & eatenus ad Portionem congruam obligari poſſunt. *ibid.* 550. *col.* 1. & 2. *n.* 10. Non ſemper ſunt Paſtores primitivi. *ibid. col.* 2. *n.* 11. Paſtor primitivus quomodo a Vicario pro conſequenda Portione congrua conveniri poſſit? *ibid. n.* 12. & 551. *col.* 1. An primitivi Paſtores teneantur ad Portionem congruam ſolvendam, cum non ſint Decimatores? III. 554. *col.* 1. & 2. *in nota*. Quid legendum, ut clare & certo innoteſcant jura quæ hodie primitivis Paſtoribus in

Digitized by Google

in Galliis competunt ? III. 539. *col.* 1. & 2. *in nota*.

Paſtorum primitivorum jura non ſunt eadem in omnibus Eccleſiis ; ſed hæc ſubinde pauciora & minora ſunt, quod dependet a conſuetudine, vel ſpecialibus conventionibus Eccleſiarum. VI. 111. *col.* 2. *Les Aſſemblées du Clergé de France ont défendu aux Curés primitifs de faire les fonctions curiales*. III. 767. *col.* 1. *n.* 31.

Vide, *Decimæ*, *Portio congrua*, *Vicarius perpetuus*, *Competentia*.

PATER.

Vide, *Parentes*.

PASSIO DOMINICA.

Paſſionis Dominicæ dies quomodo tranſigendi ? VII. 412. *col.* 2. & 413. *col.* 1. Quare hi dies dicti Hebdomada *magna*, ſeu *major*, ſeu *ſancta* ? *ibid.* 413. *col.* 1.

Vide, *Jejunium*, *Quadrageſima*.

PATER ABBAS.

Pater Abbas quis dicatur ? I. 557. *col.* 2. *n.* 20. Quæ ejus auctoritas ? *ibid. eod. n.*

PATRES SS.

Patrum (ſanctorum) lectio Clericis admodum conveniens eſt. V. 254. *col.* 1. & 2. §. 7. Quare lectio & perſcrutatio ſcriptorum & actorum SS. Patrum potiſſimum conducat Canonum ſtudioſo ? *ibid. col.* 2. & 255. *col.* 1. In ſcriptis SS. Patrum abunde reperitur ſcientia neceſſaria animarum Rectoribus. *ibid.* 254. *col.* 2. Quam nocivus Eccleſiæ neglectus ſcientiæ Scripturæ ſacræ & SS. Patrum. *ibid.* 255. *col.* 1.

PATRIA OBEDIENTIÆ.

Patria obedientiæ unde ſic dicta ? III. 135. *col.* 1. *n.* 20. Quænam hoc nomine appellentur ? *ibid. n.* 21. Inter eas comprehenditur Belgium. *ibid. col.* 1. *n.* 21. & *col.* 2. *n.* 23.

PATRIARCHA.

Patriarchale jus Antiocheni & Hieroſolymitani Epiſcoporum, a Patribus Chalcedonenſibus determinatum. VII. 48. *col.* 1. & 2, Auctoritate Gratiani deſiit Pontifex Romanus inter Patriarchas numerari. VIII. 51. *col.* 1. & 2. Tempore Concilii VIII. adhuc inter Patriarchas numerabatur. *ibid. col.* 2.

Patriarcha videtur primitus fuiſſe nuncupatus Exarchus. VII. 82. *col.* 1.

Patriarchalium Sedium prærogarivæ ad diſciplinam pertinent ; ideoque pro bono Eccleſiæ mutari, ampliari, vel reſtringi poſſunt. VII. 106. *col.* 2. Ordo Patriarcharum. VIII. 381. *col.* 1. & 2.

Patriarcha Conſtantinopolitanus ſecundus poſt Romanum. VII. 363. *col.* 1. Patriarchæ Conſtantinopolitano æqualia privilegia cum Romæ throno per Canonem Trullanum atttributa. *ibid.* 362. *col.* 2. & 363. *col.* 1. primum expreſſus ? *ibid.* 363. *col.* 1. Hic Canon a Gratiano mutilatus. *ibid. col.* 2. Unde Romani Pontifices ſibi aſſeruerint jus Patriarchas inſtituendi ? VIII. 95. *col.* 2.

Patriarcha vices ſuas Subdiacono poteſt committere. VIII. 106. *col.* 1.

Vide, *Primates*.

PATRIMONIUM.

Patrimonium pauperum, quare frequentius dicta bona Eccleſiæ ? III. 433. *col.* 2. *n.* 8. An rectiſſime ſic vocata ? *ibid. n.* 7. Res Eccleſiæ dicuntur patrimonium Chriſti & pauperum. *ibid.* 434. *col.* 1. *n.* 11. Eccleſiæ Romanæ ſicut aliarum Eccleſiarum bona, *patrimonium Chriſti & pauperum* dicenda ſunt. III. 435. *col.* 2. *n.* 21. & 436. *col.* 1. & 2. Sanctus Gregorius patrimonium Eccleſiæ Romanæ vocavit res pauperum. III. 433. *col.* 2. *n.* 9. & 434. *col.* 1.

PATRINI.

Patrinorum, Sponſorum, ſeu Suſceptorum origo. II. 45. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Primitus ſoli viri in Baptiſmo virorum, & ſolæ mulieres in Baptiſmo mulierum adhibeantur ; & quare ? *ibid. col.* 2. *n.* 4. Quando & quare hæc diſciplina mutata ? *ibid. n.* 5. Patrinorum officia olim & hodie. *ibid. n.* 6. & 46. *col.* 1. Eorum obligatio. *ibid.* in *eod. n.* Monitum Concilii Colonienſis de hac obligatione. *ibid.* 46. *col.* 2. *n.* 10. Paſtores attendere debent quos in Patrinos admittant. *ibid. n.* 11. & 47. *col.* 1. Quinam ab eo munere rejiciendi ? *ibid.* 47. *col.* 1. *n.* 12. Patrini non defunguntur ſuo munere, dando munuſculum. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 14. Edictum Caroli V. circa dationes munerum. *ibid. col.* 2. *n.* 15. Paſtores & alii Eccleſiaſtici non facile hoc officium aſſumere debent. *ibid. n.* 16. & 48. *col.* 1. Monachis interdicitur ; & quinam ſub eo nomine comprehendantur ? *ibid.* 48. *col.* 1. ſub *eod. n.* Olim Parentes prolium ſuarum erant ſuſceptores ; & quare hoc mutatum ? II. 48. *col.* 1. *n.* 17. & 18. De Patrinorum numero nulla ſpecialis lex aut diſciplina apud antiquos occurrit. II. 45. *col.* 2.

ſub

ſub *n.* 3. & *ibid. in nota*. Sinodus Tridentina duas ad ſummum perſonas ad ſuſcipiendum infantem adhiberi voluit. II. 414. *col.* 2. *n.* 14. Parochus baptizaturus inquirere debet qui in Patrinos deſignati ſint, & hos ſolos admittere? *ibid.* 415. *col.* 1. *n.* 17. Quid ſi hæc a Parocho ſint omiſſa; item quid ſi plures quam duo admiſſi ſint? *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 18.

Patrini etiam aſſumuntur in Confirmatione. II. 63. *col.* 1. *n.* 14. Horum apud Antiquos mentio non occurrit. *ibid.* ſub *eod. n.* Quales adhibendi. *ibid. n.* 15. Quodnam eorum officium, & quis delectus eorum habendus? *ibid.* in *eod. n.* & *col.* 2. *n.* 16. Cavendum, ut per eorum aſſumptionem impedimenta Matrimonii non nimis multiplicentur. *ibid. col.* 2. *n.* 17. Suſcipiens per Procuratorem contrahit cognationem ſpiritualem. II. 415. *col.* 2. *n.* 20. Quid de Patrinis a ſolo Parocho deſignatis? *ibid. n.* 19. Quid de Patrinis eorumque obligatione apud Gratianum? VII. 299. *col.* 1.

* Vide, *Cognatio*.

PATRONUS PATRONATUS.

Patroni nomen, uti hodie ſumitur, multis ſeculis ignotum. III. 180. *col.* 1. *n.* 1. Unde fundatores Eccleſiarum appellati Patroni? *ibid.* 182. *col.* 1. *n.* 14. Dicti etiam Advocati & Defenſores. *ibid.* in *eod. n.* Quod ſit Jus Patronatus? VIII. 189. *col.* 2.

Vide, *Advocatus*, *Defenſor*, *Fundator*.

Patronatus antiquiſſimis temporibus notus. III. 180. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Primis ſeculis omne Jus Patronatus erat ejuſdem naturæ. *ibid.* 186. *col.* 1. *n.* 1. A quo tempore nota diſtinctio inter Laicum & Eccleſiaſticum? *ibid. col.* 2. *n.* 3. Quid ſit proprie Jus Patronatus Eccleſiaſticum? *ibid. n.* 6. Non omne quod competit perſonæ Eccleſiaſticæ, etiam ob donatos proventus Eccleſiaſticos, eſt ſemper Eccleſiaſticum. *ibid. col.* 2. *n.* 4. Quid Jus Patronatus Laicum? *ibid.* 187. *col.* 1. *n.* 8. An Jus Patronatus reſervatum Clerico ratione Fundationis factæ ex bonis Eccleſiæ, cenſendum ſit Laicale? *ibid. n.* 9. In dubio potius cenſetur Laicum quam Eccleſiaſticum. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 10. Jus Patronatus annexum Feudo, manet Laicum, ſi cum Feudo tranſivit ad Eccleſiam. *ibid. col.* 2. *n.* 12. Quodnam Jus Patronatus Laicum reale, & unde ſic dictum? *ibid. n.* 11. Ejus origo. *ibid. n.* 12. Quodnam Jus Patronatus mixtum? *ibid.* 189. *col.* 1. *n.* 23. Si Eccleſiaſticus concurrat cum Laico alternative, illius turnus cenſetur totus Eccleſiaſticus. *ibid.* 97. *col.* 2. *n.* 27. & 189. *col.* 1. & 2. *n.* 25. Quid ſi uterque ſimultanee concurrat, quænam qualitas prævaleat? *ibid.* 189. *col.* 1. *n.* 24. Unde Jus Patronatus Eccleſiarum ruralium, & minorum Capitolorum originem ſumpſiſſe videatur? *ibid.* 188. *col.* 2. *n.* 17. Jus Patronatus Begginnarum, Æditorum, Confraternitatum, &c. quale cenſendum? *ibid.* 189. *col.* 2. *n.* 28. & 190. *col.* 1. Jus Patronatus ad Univerſitatem Pariſienſem pertinens, declaratum fuit Laicale. *ibid.* 190. *col.* 1. *n.* 29. Prædicta jura licet poſſint dici mixta, prævalet tamen qualitas laicalis. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 30.

Patronatus acquiritur per Fundationem; & an debeat reſervari ſpecialiter? III. 191. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & 2. Non uſus inducit præſumptionem non reſervationis. *ibid. col.* 2. *n.* 3. Ubi conſtat de Fundatione, pro Jure Patronatus præſumitur. *ibid. n.* 4. Qualis Fundatio requiratur & ſufficiat? *ibid. n.* 5. & 6. Primitus hoc ſolo Fundationis titulo deferebatur. *ibid.* 193. *col.* 1. *n.* 15. An acqiratur per donationem ſundi? *ibid.* 191. *col.* 2. *n.* 6. Fundi Dator poteſt Benefactor, ſed non Patronus haberi. *ibid.* 192. *col.* 1. *n.* 10. An & quomodo acquiratur per dotationem? *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 11. & 12. An tribus hiſce modis poſſint tres ejuſdem Eccleſiæ Patroni conſtitui? *ibid. col.* 2. *n.* 14. & 193. *col.* 1. Alter titulus acquirendi eſt præſcriptio; & quandonam cœperit? *ibid.* 193. *col.* 1. *n.* 16. Quid ad hanc præſcriptionem requiratur? *ibid. n.* 17. Concilium Tridentinum abrogans Patronatum, qui non eſt ex Fundatione, admiſſum non eſt in Belgio quantum ad Patronatus Laicos. III. 194. *col.* 2. *n.* 27. & 195. *col.* 1. Synodus rejicit nonnulla Jura Patronatus. *ibid.* 193. *col.* 2. 21. & 194. *col.* 1. An ex Decreto Concilii Tridentini præſentare queat, qui tantum eſt in quaſi-poſſeſſione Juris Patronatus? *ibid.* 194. *col.* 1. *n.* 22. Jus Patronatus ſæpe ortum ex occupatione Laicorum, & inde provenit ad Monaſteria ſeu Capitula. *ibid.* 195. *col.* 2. *n.* 32. An acquiri poſſit per Privilegium Apoſtolicum? *ibid. n.* 33. & 196. *col.* 1. An Pontifex Beneficia liberæ collationis poſſit ſubjicere Juri Patronatus? *ibid.* 196. *col.* 1. *n.* 34.

Patronatus Jus, vigore cujus Abbates, Abbatiſſæ & Capitula Canonicorum præſentant Epiſcopis Presbyteros ad vacantes Eccleſias, Parochiales, unde ducat originem? VI. 103. *col.* 2. §. 3. & 104. *col.* 1. & 111. *col.* 2. & 112. *col.* 1.

Pa-

Patronatus Jus quâ ratione probetur? III. 195. *col.* 1. *n.* 28. Concilium Tridentinum reſtringens ejus probationem, in Belgio non admittitur quantum ad Patronos Laicos. *ibid.* 194. *col.* 2. *n.* 27. Probatio per Concilium requiſita etiam obtinet in Poſſeſſorio. *ibid.* 194. *col.* 1. *n.* 23. Admittitur a Belgis ad inſtar aliorum Jurium. *ibid.* 195. *col.* 1. *n.* 28. Ipſa immemorialis poſſeſſio habetur pro vero titulo, quod & in Gallia obtinet. *ibid.* *n.* 30. Canon antiquiſſimus Juri Patronatus favens. VIII. 185. *col.* 2.

Patronatus Eccleſiaſticus an poſſit tranſire ſeparatim a Dignitate? III. 196. *col.* 2. *n.* 1. & 2. & 197. *col.* 1. Jus Patronatus Laicum reale transfertur una cum re cui adhæret. *ibid.* 197. *col.* 1. *n.* 3. etiamſi nominatim expreſſum non ſit. *ibid.* *n.* 4. In hac alienatione non requiritur licentia Epiſcopi. *ibid.* *n.* 5. An transferatur ſimul cum dominio utili? *ibid.* *n.* 6. An tranſeat in Maritum ratione dotis, in Viduam ratione doarii, item in uſufructuarium? *ibid.* 198. *col.* 1. & 2. *n.* 11. & *ſeqq.* Non tranſit in Creditorem ratione pignoris. *ibid.* 199. *col.* 1. *n.* 15. An Capitula & Monaſteria, ob præſentationem aut nominationem Presbiterorum, *verum* Jus Patronatus, quale Fundatoribus & Benefactoribus Eccleſiarum competere ſolet, conſequantur? III. 536. *col.* 1. ſub *n.* 9.

Patronatus Laicus hodie cenſetur quid temporale, & de eo ſolus Judex ſecularis cognoſcit. III. 199. *col.* 1. & 2. *n.* 26. Quid ſi in dubio ſit, an Jus Patronatus ſit *mere laicale*, an vero *mixtum*? ibid. ſub *eod.* *n.* Judex Eccleſiaſticus in Brabantia de eo cognoſcere poteſt incidenter. IV. 40. *col.* 1. *n.* 31. Sed raro admodum id evenit; & quare? *ibid.* *col.* 2. ſub *eod.* *n.* Succedit ad hæredes; quo jure & quo ordine? III. 199. *col.* 2. *n.* 17. Poteſt in Fundatione caveri, ut non deferatur jure hæreditario, *ibid.* 200. *col.* 2. *n.* 25. & 201. *col.* 1. *Les Apanagiſtes de France qui n'ont que l'uſufruit des fiefs qui leur ſont donnés, jouiſſent des droits de Patronage & de collation attachés à ces fiefs.* III. 755. *col.* 2. *chap.* 4. Venditio Juris Patronatus cenſetur irrita & Simoniaca. III. 201. *col.* 2. *n.* 28. & 202. *col.* 1. *n.* 30. Quandonam cenſeatur vendi? *ibid.* 202. *col.* 1. *n.* 31. Unde invaluerit abuſus vendendi Jus Patronatus? *ibid.* 201. *col.* 1. *n.* 26. Hic abuſus per Pontifices reprobatus. *ibid.* *col.* 1. & 2. *n.* 27. Pretium fundi augendum non eſt intuitu Juris Patronatus annexi. *ibid.* 202. *col.* 1. *n.* 32. Unde proveniat Laicos Jus Patronatus tanti facere? *ibid.* *col.* 1. & 2. *n.* 33. De Jure Patronatus olim litigantes Patroni, quandoque viſi ſunt ad arma proſilire. VIII. 349. *col.* 2. *Le Patronage laïcal ne doit être aſſujetti a aucune ſervitude.* III. 752. *col.* 1. *On n'y peut déroger ſans le conſentement du Patron.* *ibid.* 756. *col.* 1. *chap.* 5. *Autres obſervations ſur le Patronage laical.* ibid. *col.* 1. & 2.

Patronatus diſtinguitur a Jure Præſentationis. III. 203. *col.* 2. *n.* 2. Quamvis Præſentatio ſit Juris Patronatus pars præcipua, poteſt eſſe Patronus ſine Jure Præſentationis. *ibid.* 204. *col.* 1. *n.* 3. Olim Patronus offerebat Clericum ordinandum, hodie offert inſtituendum; & quæ mutationis ratio? *ibid.* *n.* 4. & 5. Quid de Jure Preſentationis, quod Patronis competit, & de tempore ipſis præfixo ad præſentandum? *ibid.* & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. *n.* 6. & *ſeqq.* Patronus Laicus in Præſentatione variare poteſt, non autem Eccleſiaſticus. *ibid.* 206. *col.* 2. *n.* 16. An recte dicatur Jus Patronatus eſſe ſervitutem? *ibid.* 204. *col.* 2. *n.* 7. Eccleſiæ Parochiales Juris Laici vel mixti exemptæ a concurſu. III. 97. *col.* 1. & 2. *n.* 25. & *ſeqq.* Beneficia Juris Patronatus Laici non cadunt ſub Reſervationibus, etiam ratione vacationis in Curia. *ibid.* 113. *col.* 1. *n.* 19. & 128. *col.* 2. *n.* 22. Beneficia etiam Juris Patronatus Eccleſiaſtici videntur a Reſervationibus exempta in Belgio. *ibid.* 137. *col.* 2. ſub *n.* 26. Beneficia Patronatus Laici exempta ſunt a jure præventionis. *ibid.* *col.* 1. *n.* 22. Derogatio Juris Patronatus Laici nunquam admittitur. *ibid.* 173. *col.* 1. *n.* 17. ex quocumque titulo Jus illud competat. *ibid.* *col.* 2. *n.* 22. & *ſeqq.*

Patroni unicum præſentent in Paſtorem. VIII. 348. *col.* 2. & 349. *col.* 1. Quæſtione ſuper Jure Patronatus intra tres menſes non deciſâ, Epiſcopus providet. *ibid.* 349. *col.* 2. & 350. *col.* 1. Patronum ob lapſum quatuor menſium jure præſentandi eâ vice privatum, Clericus inſtitutus debet eum, quando *verus* Patronus fuerit declaratus, ut talem agnoſcere & colere. *ibid.* 350. *col.* 1. Diſſenſum Patronorum præſertim inter Laicos in Belgio & in Gallia Papa ſupplere non poteſt. III. 173. *col.* 1. & 2. *n.* 20.

Vide, *Præſentatio.*

Patronorum quorumdam avaritia in Concilio Lateranenſi IV. repreſſa. VIII. 423. *col.* 2.

Patrono redacto ad inopiam debentur alimenta ex bonis Eccleſiæ; quo jure & quâ moderatione? III. 213. *col.* 1. & 2. *n.* 5. & *ſeqq.* Quid in determinanda ſubventione Patrono debita attendendum? *ibid.* *col.* 1. & 2. *n.* 7.

2. *n.* 7. Non debentur titulo præſentationis, ſed tantum Fundationis. *ibid. col.* 2. *n.* 8. Alimentatio debetur Patrono in caſu inopiæ, licet in Fundatione non ſit reſervata. *ibid. n.* 9. Non debetur mere intuitu paupertatis; & debet eſſe largior quam in alios pauperes. *ibid. col.* 1. *n.* 5. Poteſt Fundator ſibi vel ſucceſſoribus, aut etiam extraneo, penſionem annuam reſervare. *ibid. col.* 2. *n.* 10. & 11. Item cavere ut fructus vacantis Eccleſiæ ſibi cederent. *ibid.* 214. *col.* 1. *n.* 12. Item leges apponere; & executioni earum, & conſervationi bonorum invigilare. *ibid. col.* 1. *n.* 13.

Patroni ſuperintendentia in rebus Eccleſiæ, ad quæ ſe extendat? III. 214. *col.* 1. & 2. ſub *n.* 24. Sacerdotes non adminiſtrantes bona juxta intentionem Fundatoris a Patrono monendi, & Epiſcopo vel Judici deferendi. *ibid. col.* 2. *n.* 15. An ſine ejus conſenſu poſſit fieri notabilis alienatio aut gravamen imponi? *ibid. n.* 17. & 629. *col.* 1. ſub *n.* 35. An Pontifex poſſit exactionem imperare Eccleſiæ ſine conſenſu Patroni? III. 214. *col.* 2. *n.* 17. An & quatenus cura Patroni ad Divinum Officium ſe extendat? *ibid.* 215. *col.* 1. *n.* 19. Concilium Tridentinum huic in ſpeciem contrariam in Belgio non eſt receptum. *ibid. n.* 20. & 21. Concilium Tridentinum curam Patronorum circa obſervantiam Fundationis non excludit. *ibid. col.* 2. *n.* 22.

Patroni prætextu tuitionis nihil in Eccleſia uſurpare poſſunt. III. 215. *col.* 2. *n.* 23.

Patronus omnibus aliis, etiam Toparchis quoad jura honorifica præfertur; & quare? III. 221. *col.* 2. *n.* 35. Patroni aliique Laici Juribus his gaudentes, debent cedere Clero. *ibid.* 222. *col.* 1. *n.* 38.

Vide, *Jura honorifica*.

Patronatus Jus quodnam, & quantum Regibus & ſupremis Principibus competat? III. 238. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.*

Vide, *Nominatio Regia*, *Regalia*.

Patroni in permutatione Beneficiorum audiendi ſunt. III. 281. *col.* 1. *n.* 28. Conſenſum Patroni Eccleſiaſtici Ordinarius ſupplere poteſt, non vero conſenſum Patroni Laici. *ibid. n.* 29. & 30. Beneficia Collationis Regiæ, Juris Patronatus Laici & mixti, non poſſunt gravari penſione ſine Patronorum conſenſu, *ibid.* 344. *col.* 2. *n.* 21. & 345. *col.* 1. Quid, ſi præſentatio ſpectet alternative ad Laicum & ad Eccleſiaſticum? *ibid.* 345. *col.* 1. *n.* 24. Beneficium ſine conſenſu Patroni poteſt penſione gravari, ſi ſit Juris Patronatus Eccleſiaſtici. *ibid. n.* 25. In unione Beneficiorum audiendus Patronus. *ibid.* 369. *col.* 2. *n.* 9. Requiritur conſenſus Patroni Laici. *ibid. n.* 10. etiamſi fieret ad erectionem Seminarii. II. 342. *col.* 1. *n.* 8. In Gallia apertâ Regaliâ, Rex libere pleno jure confert Beneficia Juris Patronatus Eccleſiaſtici; & quo titulo? III. 233. *col.* 2. *n.* 54. & *ſeqq.* & 234. & *ſeqq.*

Patroni præcipuæ partes ſunt in proviſione Beneficiorum Patronatorum. III. 250. *col.* 2. *n.* 30. Reges aliique Patroni Laici vi ſui Juris Eccleſiæ Miniſtros deſignant, atque Eccleſiaſtica munia diſtribuunt. I. 171. *col.* 2. *n.* 2. Licet Patroni habeant Jus præſentationis, non poſſunt tamen propriâ auctoritate Clericos *inſtituere*, ſive titulum Eccleſiaſticum dare. VIII. 345. *col.* 2. & 346. *col.* 1. Quid in Concilio Lateranenſi III. contra Clericos ſic inſtitutos ſtatutum fuerit? *ibid.* 346. *col.* 1. Quam grave onus ſit Jus Patronatus? III. 420. *col.* 1. *n.* 12. Plures illud horruerunt & reſpuerunt. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 13. & *ſeqq.*

Patroni prohibentur ab Eccleſia exigere Jura. III. 215. *col.* 2. *n.* 23. & 588. *col.* 1. & 2. *n.* 40. & *ſeqq.*

Vide, *Acceptio Perſonarum*, *Inſtitutio*, *Jura honorifica*, *Præſentatio*.

PAULUS SAMOSATENUS, ET PAULIANISTÆ.

Paulus Samoſatenus quis fuerit, & quis error? VI. 439. *col.* 1. & 2. Paulianiſtæ non videntur obſervaſſe formam Baptiſmi a Chriſto ſtatutam. *ibid. col.* 1. Quare dicti *homuntianitæ*? ibid. *col.* 2. Quid circa eorum Ordinationes? *ibid. col.* 2.

PAUPER.

Pauperum curam habere debet Epiſcopus. VIII. 96. *col.* 2. & 97. *col.* 1. Sacramenta æque prompte adminiſtranda Pauperibus ac Divitibus. II. 15. *col.* 1. *n.* 9. Quomodo ſe gerere debeat Parochus circa pauperum Parochianorum ſepulturam? III. 715. & *ſeq. col.* 1. & 2. *n.* 56. & *ſeqq.*

Vide, *Menſa Spiritus ſancti*, *Miſerabiles Perſonæ*, *Paupertas*.

PAUPERTAS.

Paupertatis titulus an poſſit exactionem dotis a Profeſſuro excuſare? I. 462. *col.* 2. & 463. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Canones illum excludunt. *ibid.* 464. *col.* 2. *n.* 11. & 465. *col.* 1. Et Tridentinum directe. *ibid.* 468. *col.* 1. *n.* 7. Frequenter prætenditur paupertas Monaſterii, quæ revera non eſt

Digitized by Google

eſt. *ibid.* 462. *col.* 2. *n.* 2. & 463. *col.* 1. Exigere aliqua ultra neceſſaria ad ſuſtentationem Profeſſuri in commodum Monaſterii, eſt Simoniacom; etiamſi Monaſterium ſit pauper. *ibid.* 463. *col.* 2. *n.* 6. Probatur pluribus, Eccleſiam potuiſſe Religioſis præcipere, ut nullam, etiam titulo paupertatis, in admiſſiooe ad Religionem, pactionem ſtipulationemve interponant. *ibid.* 464. *col.* 2. *n.* 10. & *ſeqq.* & V. 75. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. §. 5. Auferendus & amputandus paupertatis prætextus. I. 467. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.*

Paupertatis prætezto frequenter committitur Simonia, etiam contra Jus natorale & divinum. V. 69. *col.* 2. §. 1. & 70. *col.* 1. & 2. Quare frequenter contra Jus divinum? *ibid.* 70. *col.* 2. §. 2. & 71. *col.* 1. & 2.

Vide, *Simonia*.

Paupertas ad quam Religioſi ex voto tenentur, quænam ſit? I. 500. *col.* 2. *n.* 1. & 501. *col.* 1. & 2. *n.* 2. & *ſeqq.* Quam ex voto promittunt paupertatem Ordines Mendicantes, creditum fuit illis maxime convenire; & quare? I. 517. *col.* 1. *n.* 20. Incommoda, quæ ex hac paupertate oriuntur. *ibid.* *n.* 21. Imbecilliores & imperfecti Religioſi, ut hæc incommoda evadant, ad media inordinata recurrere cœperuor. *ibid.* *col.* 2. *n.* 22. & 23. Huic malo occurrit Synodus Tridentina. *ibid.* 518. *col.* 2. *n.* 27.

Paupertati directe contrariatur proprietas. I. 525. *col.* 2. *n.* 1. & *ſeqq.* & 526. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. *n.* 4. & *ſeqq.* Receſſus a Paopertate io victu, veſtitu, &c. cauſa ruinæ diſciplinæ Regularis; & quomodo? I. 535. *col.* 1. *n.* 13. & 14. & 611. *col.* 1. & 2. *n.* 5. Hic receſſus trahit ad Monaſteria homines carnales. *ibid.* *col.* 2. *n.* 6. Facit ut in admiſſione ad Religionem humana multa intercurrant. *ibid.* *n.* 7. Inde relazatio. *ibid.* *n.* 8. & 612. *col.* 2. Etiamſi oon ſit impoſſibile, tamen difficile eſt in divitiis paupertatem & diſciplinam ſervare; & quare? I. 535. *col.* 1. *n.* 13. & 612. *col.* 1. & 2. *n.* 11. & *ſeqq.* Penuria etiam multis relaxationibus occaſionem dat, præſertim iu Mendicantibus. I. 613. *col.* 1. & 2. *n.* 17. & *ſeqq.*

Paupertatis votum ad eſſentlam Regularis paopertatis ſpectat. V. 34. *col.* 2. §. 4. Quanta commoda ſecuni trahat paupertas voluntaria & perfecta vitæ commonio? *ibid.* 45. *col.* 2. §. 6. & 46. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. Quantom conducat ot ad perfectionem Evangelicam perveniator? *ibid.* 45. *col.* 1. & 104. *col.* 2. & 105. *col.* 1. & 2. Quam vera & integra eſſe debeat. *ibid.* *col.* 2. Diſcutiuntur plures propoſitiones deſumptæ ex quadam Theſi circa *votum paupertatis* & Religioſam *rerum communionem*. V. 148. *col.* 2. §. 6. & 149. *col.* 1. & 2. & *ſeqq.* Alterius Theſis ezpeditur aſſertio. *ibid.* 152. *col.* 2. §. 7. & 153. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. Quid ſecundom Clementem VII. reqoiratur or voto paupertatis & Religioſæ rerom commonioni ſatisfiat. *ibid.* 155. *col.* 1. *n.* 3. Exponitur compendioſe & articulatim qoid de paupertate Religioſa & vitæ communione Auctor ſentiar. *ibid.* 154. *col.* 2. §. 7. & 155. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. Quid de ezecutione voti paupertatis ad ſenſum Gallorum dici debeat? VIII. 594. *col.* 1. & 2. *in nota*.

Vide, *Peculium Monachi*, *Proprietas*.

Paupertas quænam ſufficiat, & requiratur ad obtioendam diſpenſationem in forma Pauperum? Vide, *Diſpenſatio*.

Paupertas attendi oon poteſt in collatione Beneficiorum, & non probantur Mandata in forma Pauperum. III. 410. *col.* 1. *n.* 11. & 12. Epiſcoporum cura & auctoritas circa Pauperes ab Apoſtolorum officio originem habet. III. 608. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Parochis commendatur honeſta Pauperum ſepultura. III. 716. *col.* 1. *n.* 62.

Vide, *Advocatus*, *Eleemoſynæ*, *Hoſpitalitas*, *Mendicitas*, *Menſa S. Spiritus*, *Æditui*, *Mendicus*.

PAX.

Pacem olim datam fuiſſe per *oſculum* compertum eſt. II. 385. *col.* 1. & 2. *n.* 13. & VI. 543. *col.* 2. & 544. *col.* 1. De tempore dandæ pacis in ſacrificio. VIII. 294. *col.* 1.

Vide, *Oſculum*.

Pacis amore quædam nonnunquam tolleranda & diſſimulanda. VIII. 374. *col.* 1.

PAXIMATIUM.

Paximatium, quid videatur foiſſe? I. 566. *col.* 1. ſub *n.* 26.

PECCATOR PUBLICUS.

Peccatores publici qoinam dicantur? II. 72. *col.* 1. *n.* 19. Repellendi a communione, donec ſcandalum reparaverint. *ibid.* *n.* 17. Etiam a Communione per modum Viatici. *ibid.* 80. *col.* 2. *n.* 13. Nec ſufficit quod fuerint confeſſi, & obtentæ abſolutionis teſtimonium habeant. *ibid.* 71. *col.* 2. *n.* 16. Quid ſi emendaros Paſtor ſciat, ſed eorom converſio noodum publice ſit nota? *ibid.* 72. *col.* 1. *n.* 18. Non tantum repellendi a ſacra Comunione, qui *nominatim* in Ritualibus expreſſi

preſſi ſunt, ſed quicumque peccatores publici. *ibid. n.* 17. An debeant eſſe declarati tales per Sententiam Judicis? *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 20. A mente Eccleſiæ recedunt, qui hic notorietatem Juris requirunt. *ibid. col.* 2. *n.* 21. Ex hac reſtrictione inutilia redduntur Decreta Eccleſiaſtica in hac materia. *ibid. eod. n.* Non verendum eſt, ne Parochi ſint nimis proclives ad repellendos a S. Communione publicos peccatores. *ibid. n.* 22. Hic tamen a Paſtoribus merito requiritur prudentia Chriſtiana. *ibid. n.* 23. Reſolutio Doctorum Lovanienſium circa repulſionem publicorum peccatorum a ſacra Communione. II. 540. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Reſolutio Theologorum Mechlinienſium conformis. *ibid.* 542. *col.* 1. & 2. Repellendi ab Offertorio. II. 111. *col.* 1. *n.* 19. & 20. Quam procul a ſpiritu Eccleſiæ recedant Paſtores qui oblationes publicorum peccatorum recipiunt. VI. 61. *col.* 2. §. 8. Quare Eccleſia eorum dona reſpuenda judicaverit? *ibid. col.* 2. & 62. *col.* 1. & 2. Olim per Cenſuras & invocationem Brachii ſecularis ad pœnitentiam publicam compellebantur. II. 148. *col.* 2. *n.* 16. Non abſolvendi ſine pœnitentia publica. *ibid.* 151. *col.* 1. & 2. *n.* 27. Etiam iis denegatur ſepultura Eccleſiaſtica. III. 727. *col.* 1. & 2. *n.* 18. & *ſeqq.*

PECCATUM.

Peccatum animale, quid ſit? VI. 412. *col.* 1. & 2.

Peccatum contra naturam, quotuplex; & quâ pœnitentiâ plectendum? VI. 460. *col.* 1. & 2.

Peccati originalis vulnus, contra Pelagii dogmata quæ anathematizantur. VII. 307. *col.* 1. & 2. Infantes naſcuntur obnoxii peccato originali, quod lavacro Baptiſmatis expiari debet. VII. 308. *col.* 1. & 2. Anathematizantur Pelagiani, quod auſi fuerint non baptizatis parvulis dare quietis & ſalutis locum, etiam præter Regnum cœlorum. *ibid.* 309. *col.* 2.

Peccati nemo immunis. VII. 312. *col.* 2. Juſti non ſunt ſine peccato in hac vita. *ibid.* 313. *col.* 2. Deus peccata punit quandoque per ſcientes, quandoque per neſcientes. VIII. 222. *col.* 2.

Peccatum ad mortem, quid ſit? VII. 460. *col.* 1. Quinam hujus peccati rei arguantur? *ibid. col.* 1.

Peccante multitudine, quid agendum? VIII. 70. *col.* 1. Peccata multitudinis deflenda potius quam punienda. VIII. 216. *col.* 2. Sic peccantibus eſt miſericordia impendenda, ut eis peccandi impunitas non tribuatur. *ibid. col.* 2. & 217. *col.* 1.

Peccata occulta inter & *manifeſta* diſtinctio. VIII. 80. *col.* 1. & 2.

Peccata an ſolâ contritione ſine Confeſſione remittantur? VIII. 280. & *ſeqq. col.* 1. & 2. An & quo ſenſu peccata dimiſſa redeant? *ibid.* 286. *col.* 2. Quæ peccator conſiderare debeat, & a quibus abſtinere? *ibid.* 287. *col.* 1.

PECULIARITAS.

Peculiaritatis vitium quantum vitæ Cœnobiticæ officiat? V. 1. & *ſeq. col.* 1. & 2. §. 1. Vide, *Peculium Monachi*.

PECULIUM CLERICORUM.

Peculii definitio. III. 422. *col.* 2. *n.* 1. & 2. Quid Peculium *profectitium* filiifamilias? *ibid.* 423. *col.* 1. *n.* 6. Peculium non eſt niſi permiſſu domini vel patris. *ibid. n.* 7.

Peculium Clericorum Titulus eſt Decretalium, unde ſic dictum? III. 422. *col.* 1. *n.* 1. & *ſeqq.* Cur & quando proventibus Eccleſiaſticis nomen hoc inditum? *ibid. n.* 2. Peculium Clerici admodum ſimile Peculio ſervi vel Peculio filii-familias. *ibid. n.* 3. Uti horum dominium manet apud dominum vel patrem, ita Peculium Clericorum manet apud Eccleſiam. *ibid. n.* 4. & 423. *col.* 1. & 2. *n.* 9. An Clerici poſſint dici domini proventuum Eccleſiæ? III. 424. *col.* 2. *n.* 21. Bona Eccleſiaſtica poſt mortem Clericorum tedeunt ad Capitulum vel Congregationem jure Peculii, non jure hæreditatis. III. 462. *col.* 2. *n.* 33. & 463. *col.* 1. *n.* 34.

Peculii nomine quænam comprehendantur? III. 425. *col.* 2. *n.* 25. & 26. Comprehenduntur & illa, quæ Clericus parcius vivendo ſibi ſubſtraxit. *ibid.* 426. *col.* 1. & 2. *n.* 29. Bona Patrimonialia ſub illo non comprehenduntur. *ibid.* 2. *n.* 30. & 427. *col.* 1.

PECULIUM MONACHI.

Peculii abdicatio ita eſſentialis vitæ Monaſticæ, ut nequidem Summus Pontifex in eo poſſit diſpenſare. I. 501. *col.* 1. *n.* 2. & 528. *col.* 2. *n.* 14. & *ſeqq.* Ubi habentur Peculia, non poſſunt eſſe *omnia* communia. I. 524. *col.* 1. & 2. *n.* 9. & *ſeqq.* & V. 195. & *ſeqq. col.* 1. & 2. §. 1. & *ſeqq.* Peculium Monachi & Peculium ſervi in multis conveniunt. I. 526. *col.* 1. *n.* 5. Peculium & proprium ſunt Synonima; & Monachi Peculia habentes reputantur proprietarii. I. 526. *col.* 2. *n.* 7. & V. 196. *col.* 1. & 2. Reſervatio re-

Digitized by Google

reditus vitalitii, & cujuslibet alterius rei in uſus particulares, voto paupertatis diametraliter oppoſita. I. 526. *col.* 2. *n.* 9. & 527. *col.* 1. etiamſi fiat de licentia Superiorum, & dependenter ab eorum voluntate & nutu. I. 528. *col.* 2. *n.* 15.

Vide, *Peculium ſervi*.

Peculia Religioſorum univerſa ſive depoſita ad uſus particolares alicujus Religioſi, Regulæ S. Auguſtini diametraliter opponuntur. V. 198. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. §. 2. & *ſeqq.* Contrariantur quoque doctrinæ & prazi S. Fulgentii. V. 202. *col.* 2. §. 1. & 203. *col.* 1. Repugnant etiam Conſtitutionibus PP. Eremitarum S. Auguſtini. *ibid.* 204. *col.* 2. §. 1. & 205. *col.* 1. & 2. & *ſeqq.* Solvitur objectio ex his Conſtitutionibus deprompta. *ibid.* 210. *col.* 2. §. 5. Epiſtola circularis R. P. Nevii Provinciæ Belgicæ Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Provincialis contra Peculia. *ibid.* 212. *col.* 1. & 2. §. 6. Notæ io hanc Epiſtolam. *ibid.* *col.* 2. §. 7. & 213. *col.* 1. & 2. Reprobatur prazis in quibuſdam Monaſteriis uſitata. V. 11. *col.* 2. & 12. *col.* 1. Redituum vitalitiorum reſervationes particolares, nec cum profeſſione Religioſa, nec com Synodi Tridentinæ Decreto conſiſtere poſſunt. *ibid.* 152. *col.* 2. §. 7. & 153. & *ſeq.* *col.* 1. & 2.

Peculiaritatis origo, & media qoibus illi obvietur. I. 529. *col.* 2. *n.* 1. & 2. Nulla eſt fœcundior Pecoliorum radix, quam metus, quod Conventus neqoeat neceſſaria ſuppeditare. V. 206. *col.* 2. §. 2. & 207. *col.* 1. & 2. Media quibus Peculiaritas exſtirpari poſſit. I. 529. *col.* 2. & 530. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* & V. 36. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. Præcipuum eſt neceſſariorum placida ſubminiſtratio. I. 530. *col.* 1. & 2. *n.* 6. & V. 36. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. Quod ſine perſonarum acceptione faciendum. I. 533. *col.* 1. *n.* 3. & V. 19. *col.* 1. Alterum medium eſt exacta obſervatio Canonum, quibus inhibetur receptio ad Ordinem oltra numerum qui ex reditibus Monaſterii aot conſuetis eleemoſynis ali poſſit. V. 38. *col.* 1. & 2. §. 2. Multum conducit, ut Peculiaritatis vitium vitetur, conſiderare quis rerum terrenarum uſus paopertatem profitentibus conveniat. *ibid.* 39. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. §. 3. Ad eliminandam Peculiaritatem efficaciſſimum remedium eſt Religioſa Charitas. *ibid.* 41. *col.* 1. & 2. §. 4. Quæ vitia ex Peculiaritate profluant? quorum præcipuum eſt ipſa Profeſſionis violatio. *ibid.* 42. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. §. 5. Quantopere Religioſos omnem debeat fugere Peculiaritatem, & Superioribus invigilandum & allaborandum, ut extirpetur penitus hoc vitiom? *ibid.* 43. *col.* 1. & 2. Decretum Capituli generalis Ciſtercienſis adverſus Pecolia. I. 528. *in nota*, & 707. & *ſeq.* *col.* 1. & 2. Decretum Epiſcopi Tornacenſis. I. 529. *in nota*, & 708. *col.* 1. & 2. Statutum illud & Decretum leguntur integra. *ibid.* *col.* 1. & 2. Cavendum Religioſis ne rebus ſibi ad uſum conceſſis utantur ut propriis. I. 531. *col.* 1. *n.* 10. & V. 20. *col.* 2. §. 10. & 21. & *ſeq.* *col.* 1. & 2. & 199. *col.* 1. & 2. §. 4. Alias coram Deo erunt proprietarii. I. 531. *col.* 1. *n.* 11. Præcipue id cavendum iis, qui extra Monaſterium degunt. I. 532. *col.* 1. *n.* 16. & V. 19. *col.* 1. & 2. §. 9. Prudentiſſimum hac de re Præmonſtratenſium Decretum. *ibid.* 19. *col.* 2. & I. 532. *col.* 1. *n.* 17. Optima circa eamdem materiam Capituli Windeſemenſis Conſtitutio. V. 20. *col.* 1. Abbas & Officialis Monaſterii quomodo in ſua adminiſtratione poſſit eſſe ſor & proprietarius? I. 537. *col.* 2. *n.* 14. & *ſeqq.* Titulus adminiſtrationis in ſimplici Monacho, palliom eſt proprietatis. I. 536. & *ſeq.* *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* & V. 23. *col.* 2. & 24. *col.* 1. Inde fit ut Soperiores non poſſint bonorum *ſtabilium* adminiſtrationem ſimplici Monacho committere. I. 537. *col.* 1. *n.* 8. & *ſeqq.* & V. 22. *col.* 2. §. 11. & 23. *col.* 1. & 2. Licentia Superiorum non reddit Monachum immunem a vitio proprietatis. I. 536. *col.* 2. *n.* 7. & 537. *col.* 1. Nulla Soperiorum licentia aut diſpenſatio particulares rerum reſervationes juſtificare poteſt. V. 13. *col.* 2. §. 5. & 14. *col.* 1. & 2. Qoomodo hoc intelligendum? V. 119. *col.* 2. & 120. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2.

Peculiaritas eſt radix & fomes omoium fere malorum. I. 527. *col.* 1. & 2. *n.* 10. & V. 4. *col.* 2. §. 4. & 5. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. & 194. *col.* 1. Roina diſciplinæ Monaſticæ. I. 611. *col.* 1. & 2. *n.* 5. Hæc eradicanda eſt. *ibid.* *col.* 2. ſub *eod.* *n.* Ut veteres Monachi ſe a Peculiaritate immunes oſtenderent, dicere non poterant tunicam *meam*, tabulas *meas*, &c. I. 531. *col.* 1. & 2. *n.* 12. & V. 20. *col.* 2. §. 10. & 21. *col.* 1. & 2. Non tamen cenſendus vitio Pecoliaritatis infectus Religioſus, qui inadvertenter aut ſine ullo proprietatis affectu rem aliqoam ad uſum ſibi conceſſam diceret *ſuam*. V. 21. *col.* 1. Quomodo Religioſus uti debeat veſtibus, libris, aliiſque utenſilibus, quæ ipſi ad neceſſitatem traduntur? *ibid.* *col.* 1. Quid circa hanc rem ad præcavendam Peculiaritatem fecerit ſancta Thereſia? *ibid.* 21. *col.* 1. & 2. & I. 531. *col.* 2. *n.* 13. Eodem, quo uſa eſt remedio, meri-

merito uterentur Monaſteriorum Superiores. I. 531. *col.* 2. *n.* 13. Quâ ratione tentare poſſint Religioſos ad detegendum Peculiaritatis vitium? V. 7. *col.* 2. & 8. & *ſeqq. col.* 1. & 2. & 153. & *ſeq. col.* 1. & 2. Quid ad avertendum a ſuis ſubditis Peculiaritatis periculum, debeant monere eorum parentes divites? *ibid.* 12. *col.* 2. Quid ſi parentes nolint oblata dare niſi eâ conditione, ut illa filiis ſuis ſint peculiaria? *ibid. col.* 1. & 2. Quid de honorario ex Miſſis aut Concionibus, ſive de ſtipendio ex Lectionibus quod cuique Religioſo obvenire poteſt? *ibid.* 12. *col.* 2. & 198. *col.* 2. & 199. *col.* 1. & 207. *col.* 2. & 208. *col.* 1. Quid de Libris qui alicui Religioſo quacumque ex cauſa obveniunt? V. 13. *col.* 1. Concilium Tridentinum voluit, ut res Religioſis obvenientes, prius Superioribus tradantur, & Conventui incorporentur, quam earum *uſus etiam facti* ipſis concedatur. V. 15. *col.* 1. & 2. §. 6. Auctor reſpondet ad ea, quæ Doctrinæ ejus circa Peculiaritatem objecta fuerant. *ibid.* 170. & *ſeqq.*

Peculia habere, nec tamen illis animo inhærere quam difficile ſit. V. 193. *col.* 1. & 2. Quâ ratione Peculium ſive Depoſitum ad particulares uſus alicujus Religioſi, vere dicatur proprium reſpectu illius Religioſi, tametſi proprietas Conventui ſit incorporata? V. 195. *col.* 1. & 2. §. 1. & 196. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Quare Peculia Monachorum ipſis dicantur propria? *ibid.* 196. *col.* 2. & 197. *col.* 1. Non ideo dici poſſunt licita Peculia, nec voto paupertatis contrariari, quia in Conſtitutionibus alicujus Capituli ſive Provincialis, ſive Generalis, hæc Peculia aut particularia Religioſorum depoſita permittuntur. V. 206. *col.* 1. & 2. An Concilia ſeu Doctores Peculia improbantes loquantur de Peculiis, quæ habentur ſine dependentia, aut cum ea cordis affixione, ut nolint illa arbitrio Superioris ſubjicere? V. 218. *col.* 1. & 2. Summa intercedit differentia inter ea, quæ *ad neceſſitatem* Religioſis conceduntur, & *Depoſita* ſeu *Peculia*. V. 219. *col.* 2. & 220. *col.* 1. Quid de Doctoribus Peculium Monachorum & Monialium a vitio proprietatis excuſantibus? V. 221. *col.* 1. & 2. & 222. *col.* 1. & 2. Quid de Bulla Clementis X. circa hanc materiam? *ibid.* 223. *col.* 1. & 2. & 224. *col.* 1. & 2.

Vide, *Vita communis*, *Paupertas*, *Monaſterium*, *Proprietas*, *Communio bonorum*, *Abdicatio*, *Superior Regularis*.

PECULIUM SERVI.

Peculium ſervi, quid ſit? V. 10. *col.* 1. Jure Romano ſervi plane incapaces proprietatis ſive dominii. *ibid.* 195. *col.* 2. Hac ſervi conditione non obſtante, Peculium ſervo poſſe eſſe expeditum eſt. *ibid. col.* 2. & 196. *col.* 1. Proprietas Peculii ſemper manet apud Dominum. *ibid.* 196. *col.* 1. Peculium ad nutum Domini ſolâ ejus voluntate ſervo adimitur. *ibid. col.* 1. His non obſtantibus, Peculium ſervi dicitur patrimonium ſervi. *ibid. col.* 1. Quare & quomodo ſic dicatur? *ibid. col.* 1. & 2.

PEDUM.

Vide, *Baculus Paſtoralis.*

PELAGIUS, ET PELAGIANA HÆRESIS.


Probabilitas invertit Tribunalia. VI. 134. *col.* 2. §. 17. Ex hac monſtruoſa opinandi libertate doli ſcaturiunt infiniti. VI. 135. *col.* 2. §. 20. & 136. *col.* 1. Judicia pervertuntur. *ibid.* 136. *col.* 1. Vita in diſcrimen venit. *ibid. col.* 1. Nec rebus ſacris parcitur. *ibid. col.* 1. Immiſericordiam inducit. *ibid. col.* 1. Graviſſima peccata excuſat. *ibid. col.* 1. Cujus ope argumenti mundum faſcinaverint Probabiliſtæ, pernicioſaſque invexerint opiniones? *ibid.* 136. *col.* 2. §. 22. Quantopere ſit a Probabiliſmo cavendum? VIII. 645. *col.* 1. & 2. & 646. *col.* 1.

Probabiliſtarum opinio circa Poſſeſſorium. IX. 180. *col.* 1. & 2.

Vide, *Dubium*, *Libertas*.

PROBATIO.

Probatio Tonſuræ hodie in Belgio non admittitur, niſi per litteras: nec admittuntur teſtes, niſi in caſu quo regiſtrum foret deperditum; quam perditionem is, qui allegat, probare tenetur. I. 3. *col.* 2. *n.* 14. & 4. *col.* 1. & 2. Idem obtinet in probatione Ordinum. *ibid.* 4. *col.* 1. & 2. Item in Profeſſione Religioſa. I. 290. *col.* 2. *n.* 1. & *ſeqq.*

Probatio Juris Patronatus quomodo fiat? III. 195. *col.* 1. *n.* 28. Quomodo probetur infeudationem decimarum factam fuiſſe ante Concilium Lateranenſe? III. 496. *col.* 1. *n.* 37. Quomodo probetur jus ad honores ſive jura honorifica? III. 222. *col.* 2. *n.* 41. & 223. *col.* 1. *n.* 42.

PROBATIO JURIDICA.

Probatio quid ſit, & circa quid verſetur, & cui incumbat? IV. 248. *col.* 2. *n.* 2. & 3. Jus commune, item Præſumptio Juris & de Jure, rejiciunt onus probandi in Adverſarium. *ibid.* 249. *col.* 1. *n.* 8. Idem ſæpe facit Poſſeſſio. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 9. & *ſeqq.*

Probationes ſuperfluæ ut evitentur, inductæ ſunt poſitiones, quibus pars adverſa tenetur reſpon-

Digitized by Google

reſpondere ſub juramento per *credit* vel *non credit*. IV. 251. *col.* 1. & 2. *n.* 33. Quâ formâ & ſolemnitate hæc fiant, & quomodo Judex in iis ſe gerere debeat? *ibid.* 250. *col.* 2. *n.* 27. & *ſeqq.* Super quibus poſitiones hæ non admittantur. *ibid.* 251. *col.* 1. *n.* 29. Quid ſint poſitiones? IV. 251. *col.* 1. *n.* 30. Videtur earum uſus ex Foro Eccleſiaſtico in Civile intraſſe. *ibid.* *n.* 31. Non poteſt Judex Partem interrogare, aut juramentum deferre, niſi rogatus. *ibid.* 251. *col.* 2. *n.* 34. Si Pars juſſa a Judice reſpondere recuſet, articuli illi habentur pro confeſſis. *ibid.* *n.* 35. An hæc reſponſio fieri poſſet per Procuratorem? *ibid.* 252. *col.* 2. *n.* 39. Ad factum quod quis putat eſſe verum, non licet reſpondere per *non credit*, citra perjurium. *ibid.* 253. *col.* 1. *n.* 42. In Gallia uſus hujus reſponſionis per verbum *credit* Edicto prohibitum; & quare? *ibid.* 252. *col.* 2. *n.* 41. & 253. *col.* 1. *L'Ordonnance de 1667. regle preſque tout ce qui regarde le Droit François au ſujet des preuves.* IV. 517. *col.* 2. *chap.* 6.

Probationes præcedere debet Sententia Judicis, quâ ad probandum Partes admittantur. IV. 254. *col.* 2. *n.* 2. & 255. *col.* 1. Ab hoc Decreto in Curiis Eccleſiaſticis datur appellatio. IV. 346. *col.* 1. & 2. *n.* 23. & 24.

Probationes efficaciſſimæ ſunt, quæ fiunt per teſtes. IV. 254. *col.* 2. *n.* 1. Regulariter duo teſtes omni exceptione majores plene probant. *ibid.* 256. *col.* 1. *n.* 11. & 12. Super eodem facto non plures producendi quam decem. *ibid.* *col.* 2. *n.* 16. *Quel eſt l'uſage de France, touchant la preuve par témoins.* IV. 517. *col.* 2. *chap.* 6. In probatione conſuetudinis, uſus vel ſtyli Curiæ, proceditur per Turbas; & quot Turbæ requirantur? IV. 256. *col.* 2. *n.* 17. & 257. *col.* 1. *n.* 18. *Ces ſortes d'Enquêtes ont été abrogées en France.* IV. 517. *col.* 2. & 518. *col.* 1.

Vide, *Teſtis*.

Probatio per inſtrumenta quænam dicatur? IV. 263. *col.* 2. *n.* 1. Scripturæ ſignatæ a publicis Graphiariis vel Secretariis, vel munitæ publico Sigillo, plenam fidem faciunt. IV. 269. *col.* 1. *n.* 37. Item Acta judicialia debite conſcripta & regiſtrata. *ibid.* in *eod. n.* Antiquæ ſcripturæ & vetuſta inſignia, antiqui libri & hiſtoriæ quam fidem faciant? *ibid.* *n.* 38. Quid de traductione Inſtrumenti ex Originali vel ex aliquo Exemplari? IV. 270. *col.* 2. *n.* 50. Quid de libris conſcriptis per Officiales publicos? IV. 269. *col.* 1. *n.* 40. Inſtrumenta deſumpta ex Archivo publico plenam fidem faciunt, etiamſi fuerint minus ſolemnia; & quænam dicantur Archiva publica? *ibid.* *col.* 1. & 2. *n.* 41. & 42. Copiis licet authenticis in Judicio fides non adhibetur; & quare? IV. 270. *col.* 1. *n.* 46. Inſtrumentis publicis plena fides adhibetur quoad ea quæ diſpoſitive afferunt. *ibid.* *col.* 2. *n.* 52. & 271. *col.* 1. An fides Inſtrumenti per teſtes poſſit enervari? *ibid.* 271. *col.* 1. *n.* 53. *Ce que doivent lire ceux qui veulent ſçavoir le Droit François ſur cette matiére.* IV. 518. *col.* 1. & 2. *chap.* 7. & 519. *col.* 1.

Probationem per ſcripturam requirunt diſpoſitiones excedentes ſummam 300. florenorum in Gallia & Belgio, variiſque Regnis. IV. 271. *col.* 1. & 2. *n.* 55. & 272. *col.* 1. *n.* 56. Non tamen per hoc excluditur juramentum litis deciſorium, item confeſſio Partis. IV. 272. *col.* 1. *n.* 57. Quam fidem faciant libri mercatorum? *ibid.* *n.* 59. Quam fidem hodie faciant privatæ ſcripturæ *ibid.* *col.* 2. *n.* 60. Scriptura privata ſcripta in commodum ſcribentis, fidem non facit. *ibid.* *col.* 2. *n.* 62. Privata ſcriptura etiam minus ſolemnis probat contra ſcribentem, & in Judicio recognita habet paratam executionem. *ibid.* *n.* 63. & 273. *col.* 1. *n.* 68. Quomodo ſcriptura alicujus probari poſſit? *ibid.* 274. *col.* 2. *n.* 74.

Vide, *Scriptura*.

Probationes certiſſimæ in criminalibus, præſertim ubi de pœna corporali agitur, requiruntur. IV. 297. *col.* 2. *n.* 25. Ubi tales habentur, non licet Reum applicare ad torturam. *ibid.* 298. *col.* 2. *n.* 32. Nemo puniendus ante probationem. IV. 523. *col.* 1. *n.* 27. & VIII. 178. *col.* 1.

Probationum defectus ſuppletur aliquando *juramento ſuppletorio*; cujus uſus, qui vix aliquis eſt in Gallia, improbatur. IV. 275. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.*

Vide, *Juramentum*.

PROBATIO MONASTICA.

Probationis tempus quale requiſitum? VIII. 191. *col.* 1. & 2. Unde diſtinctio perſonarum notarum & ignotarum? *ibid.* 191. *col.* 1. & 2. *in nota*. Probatio diligens debet præcedere Novitiatum. I. 439. *col.* 2. *n.* 1. & 440. & *ſeq.* *col.* 1. & 2. *n.* 2. & *ſeqq.*

Vide, *Novitiatus*.

PROCESSIONES.

Proceſſionum indictio, directio, ritus & forma ad Epiſcopum plene ſpectant. I. 262. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. *n.* 10. & *ſeqq.* Exemptio non impedit hac in parte auctoritatem

Epiſcopi . *ibid.* 262. *col.* 2. *n.* 12. Quænam in Proceſſionibus attendenda & cavenda? *ibid. n.* 13. & 263. *col.* 1. An conveniat, ut in iis Sanctorum Reliquiæ cum *Venerabili* ſeu Euchariſtiæ Sacramento deferantur? *ibid.* 263. *col.* 1. & 2. *n.* 14. Ad illas Exempti omnes accedere vocati tenentur. I. 264. *col.* 1. *n.* 18. & 19. Capitula etiam exempta, nequidem titulo immemorialis conſuetudinis, ſe excuſare poſſunt. *ibid. col.* 2. *n.* 20. Epiſcopi poſſunt antiquas Proceſſiones mutare, vel etiam in totum abrogare, ſi abuſus id poſtulent. *ibid. n.* 21. Quomodo, & a quo componendæ, quæ oriuntur de Præcedentia controverſiæ? I. 264. *col.* 1. *n.* 17.

Vide, *Præcedentia*.

Proceſſiones cum *Venerabili* quo tempore inceperint, & quâ formâ *Venerabile* in iis delatum? II. 84. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Apud Græcos, unicâ exceptâ, ignotæ. *ibid.* 84. *col.* 1. *n.* 3. In Bulla quâ Urbanus IV. Feſtivitatem *Corporis Chriſti* inſtituit, nullæ Proceſſionis mentio occurrit. I. 84. *col.* 2. ſub *n.* 4. Veriſimile eſt eam demum ſeculo XIV. invaluiſſe. *ibid. n.* 5. In quibuſdam Eccleſiis citius, in aliis ſerius recepta. *ibid.* 85. *col.* 1. *n.* 6. Hunc Proceſſionis uſum probat Synodus Tridentina. *ibid. n.* 8. Epiſcoporum eſt has Proceſſiones dirigere. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 9. Vetatur ne ad ornatum Proceſſionum Venerabilis Sacramenti, exponantur aulæa profani, obſcœni aut ſuperſtitioſi aliquid exhibentia. II. 467. *col.* 2. *n.* 26. & 468. *col.* 1. Quænam in eis cavenda? *ibid.* 468. *col.* 1. & 2. *n.* 27. & *ſeqq.*

Proceſſionis honor unde ortus, cui & quomodo debeatur? III. 217. *col.* 1. & 2. *n.* 5. & *ſeqq.* Quinam proceſſionaliter recipi poſſint? *ibid. col.* 2. *n.* 7. Duplici modo exhiberi poteſt honor Proceſſionis. *ibid. n.* 8.

PROCESSUS.

Proceſſus judiciarios an Eccleſia poſſit irritare? VIII. 552. *col.* 1. & *ibid. in nota col.* 1. & 2.

Vide, *Cauſa*, *Judicium*.

PROCLAMATIONES.

Proclamationes ſeu propoſitiones nominum Ordinandorum profluunt ex antiqua diſciplina. II. 271. *col.* 1. *n.* 20. Earum ſcopus. *ibid. col.* 2. *n.* 22. Populus a Parocho monendus de hoc Proclamationum ſcopo. *ibid.* 272. *col.* 2. *n.* 28. & 273. *col.* 1. Quâ formâ Proclamationes faciendæ? *ibid.* 272. *col.* 1. *n.* 25. Circa quæ inquirendum, & quænam præcipue denuntianda? *ibid. col.* 1. & 2. ſub *eod. n.*

Proclamationes Matrimoniales jampridem vocatæ *Bannum*; & quid illa vox ſignificet? II. 361. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & 2. Ejus origo, utilitas & ſcopus. *ibid. col.* 2. *n.* 3. Quid ex præſcripto Synodorum & Ritualium obſervandum, dum Deſponſi ſunt diverſarum Parochiarum, Decanatuum, & Epiſcopatuum? *ibid.* 362. *col.* 1. *n.* 7. Quid ſervandum, quando Deſponſi domicilium mutarunt, aut plura habent domicilia? *ibid. col.* 2. *n.* 8. Quo tempore, quibus diebus, quibus locis, & quâ formâ faciendæ? *ibid. n.* 9. & 10. & 363. *col.* 1. Deferenda ſunt impedimenta etiam occulta, & quæ judicialiter probari nequeunt, & ſuper eo populus admonendus. II. 363. *col.* 1. *n.* 11. Ob illarum omiſſionem Matrimonium non redditur invalidum, nequidem in Gallia, nec obſtant Edicta Regia. *ibid. col.* 2. *n.* 14. & 15. *Exception*. II. 557. *col.* 1. *chap.* 3. *Quand il faut réiterer les publications des Bans*. ibid. *col.* 1. ſub *n.* 15. *Ce n'eſt pas l'uſage en France de faire la publication du Mariage, après la célébration*. ibid. *n.* 18. *Les Curés du Diocèſe de Paris ſont tenus d'avoir un Regiſtre des Memoires qu'on leur donne pour publier les Bans*. II. 556. *col.* 2. *chap.* 3. & 557. *col.* 1. Quid de Bannorum proclamatione in Concilio Lateranenſi IV. ſit ſtatutum? VIII. 404. *col.* 2.

Proclamationes ob quas cauſas remitti poſſint; & quâ cautelâ? II. 364. *col.* 1. *n.* 16. Praxis & Edicta Regia in Gallia circa has diſpenſationes. *ibid. col.* 2. *n.* 22. & 365. *col.* 1. Synodus Tridentina deſiderat ut Epiſcopi in concedenda diſpenſatione ſint admodum moderati. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 19. An ad evitanda maleficia concedenda diſpenſatio? *ibid. col.* 2. *n.* 21. Quâ cautione Parochi concedere debeant teſtimonia pro impetranda diſpenſatione? *ibid.* 365. *col.* 1. & 2. *n.* 24. Quam pernicioſum facile diſpenſare? *ibid. col.* 2. *n.* 25. & 366. *col.* 1. Huic abuſui Parochi in multis poſſunt occurrere. II. 366. *col.* 2. *n.* 27. *En quels cas on ſouffre en France la diſpenſe de trois Bans*. II. 557. *col.* 1. *n.* 22. *Ce qu'il faut obſerver en recevant les Memoires pour la publication des Bans*. ibid. *col.* 1.

PROCURATIO.

Procurationes dicuntur victualia ſubminiſtranda Prælato viſitanti. I. 272. *col.* 1. *n.* 6. & 7. Decretum Synodi Tridentinæ circa Procurationes. I. 271. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Nihil viſitationis cauſâ, ne *ultro* quidem *oblatum* recipi poteſt a viſitantibus Epiſcopis. *ibid. col.* 2. *n.* 2. Epiſcopi in ipſa viſitatio-

Digitized by Google

tatione præſtare ſe debent maxime alienos ab omni vel ſpecie avaritiæ. *ibid. n.* 4. Quænam Procurationum nomine comprehendantur? *ibid.* 272. *col.* 1. *n.* 6. Ad ſola victualia, hoc eſt, ad eſculenta & poculenta reſtringuntur. *ibid. n.* 7. Ea ſola accipere permittit Tridentinum; & quâ moderatione? *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 8. Epiſcopus eadem die duas Eccleſias viſitans contentus eſſe debet unâ Procuratione. *ibid. col.* 2. *n.* 10. Non debetur ei viſitanti Eccleſias ſuæ civitatis. *ibid. n.* 11. & 273. *col.* 1. Procurationes debentur Metropolitano viſitanti Provinciam. I. 303. *col.* 2. *n.* 5. Debentur & Legato Apoſtolico; & quâ moderatione? *ibid.* 347. *col.* 1. *n.* 22. & VIII. 388. *col.* 1. & *ibid. in nota col.* 1. & 2. (*b*). Non debentur ſine viſitatione. VIII. 390. *col.* 1. & 2. Abuſus hac in parte. *ibid. col.* 2.

Procurationes moribus Belgii & vicinorum exigi non poſſunt a Laicis. I. 273. *col.* 2. *n.* 15. Moribus hodiernis per cenſuras ſubditi cogi non poſſunt ad earum ſolutionem. *ibid. n.* 17. Hac de re Litteræ Regiæ, quæ poſtea aliquatenus mutatæ. *ibid.* 273. *col.* 1. & 2. *in nota*. Quæſtio de earum ſolutione in Gallia coram Tribunali Regio agitanda. *ibid. col.* 2. *n.* 16. *L'Edit de la Juriſdiction attribue la connoiſſance de ces affaires au Juge d'Egliſe*. I. 729. *col.* 1. *chap.* 2. *n.* 17. Synodus Tridentina intendit ſublevare viſitandos ab omni gravamine. I. 273. *col.* 1. *n.* 12. Permiſit arbitrio viſitandorum, an conſuetam Procurationem in pecunia continuare velint, an convertere in ſimplicia victualia? *ibid. n.* 13. Quid requiratur, ut valeant conſuetudines de non ſolvendis etiam victualibus? *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 14. Pœna Viſitatorum, qui majores Procurationes exigunt. *ibid. col.* 2. *n.* 18. & 274. *col.* 1. Quantum Jus vetus Epiſcopo Diœceſim viſitanti favet circa Procurationes, tantum Jus novum illi adverſatur. VIII. 331. *col.* 1. & 2. *in nota* (*b*).

Vide, *Evectio*.

PROCURATOR.

Procuratore mediante, matrimonium poteſt contrahi; & quale mandatum requiratur? II. 368. *col.* 2. *n.* 11. Mandatum cenſetur revocatum, etiamſi revocatio non ſit intimata. *ibid. n.* 13. Procurator ad contrahendum matrimonium alium ſubſtituere non poteſt. *ibid. n.* 12.

Procurator quandonam admitti poſſit ad dandum ſuffragium in electionibus? III. 79. *col.* 1. & 2. *n.* 17. & *ſeqq.* Varia Jura circa electionem per Procuratores, & eorum mandata. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 18. & *ſeqq.* Extraneus in Procuratorem non admittendus, niſi conſentiente Capitulo. *ibid.* 79. *col.* 2. *n.* 21.

Vide, *Electio*.

Procurator poſſeſſionem accipere poteſt. III. 254. *col.* 1. *n.* 16. Poſſeſſio accepta tantum per Procuratorem non impedit in Gallia vacationem in Regalia. III. 235. *col.* 2. ſub *n.* 62. Conſenſus in Reſignationem in Curia præſtari poteſt per Procuratorem; varia obſervanda in ejus conſtitutione circa qualitatem & expeditionem mandati, ejus expirationem & revocationem. III. 284. *col.* 2. *n.* 1. & *ſeqq.* & 285. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *Obſervations ſur la procuration pour réſigner*. 759. *col.* 1. *chap.* 3. Procurator revocatus poteſt præſtare conſenſum, quamdiu revocatio non fuit intimata. III. 287. *col.* 2. *n.* 23. & 24. Quomodo, & cui hæc intimatio facienda? *ibid.* 288. *col.* 1. *n.* 25.

Vide, *Reſignatio*.

PROCURATOR AD LITES.

Procuratorum de Jure communi duo ſunt genera; & quinam hodie ſic vocentur? IV. 213. *col.* 1. *n.* 1.

Procuratorem ad lites conſtituere Jure Romano non erat permiſſum. IV. 213. *col.* 1. *n.* 2. Moribus Galliæ nemini præter Regem longo tempore licuit, vel niſi obtentâ ab eo facultate. *ibid. n.* 3. Ex hoc Jure Gallicano petendus intellectus *Cap.* 7. ⁂ *De Procurat.* ibid. *col.* 1. & 2. *n.* 4. Quandonam id abrogatum? *ibid. col.* 2. *n.* 5.

Procuratores ad lites quandonam in Curias Eccleſiaſticas intraverint? IV. 213. *col.* 2. *n.* 9. & 214. *col.* 1. Apud Romanos erat officium vile. *ibid.* Eorum numerus limitatus, & prævio examine admittuntur. IV. 214. *col.* 1. *n.* 11. Moribus hodiernis cauſæ agitari debent per Procuratorem Curiæ. *ibid. n.* 12. Etiam inviti coguntur ad cauſam ſuſcipiendam, niſi jurent ſe credere eam eſſe infundatam. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 13. & 14.

Procurator non poteſt ſervire cauſæ quam novit injuſtam. IV. 214. *col.* 2. *n.* 15. Ex juramento ſuo non poteſt talem cauſam ſuſcipere. *ibid. n.* 16. Difficulter ſuo juramento ſatisfaciunt Procuratores, qui cauſas omnes paſſim ſine examine ſuſcipiunt. *ibid. n.* 17. Conjuncti ſanguine aut habitantes in eadem domo, non poſſunt in eadem lite pro utraque Parte occupari. *ibid.* 215. *col.* 1. *n.* 20. Non poſſunt protrahere lites aut ſuperfluas dilationes petere. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 21. Contra abuſus Procuratorum multum valeret exacta obſervantia Ordinationum Curiarum. *ibid. col.* 2. *n.* 22.

Pro-

Digitized by Google

Procurator debet habere mandatum a ſuo Principali ; nec ſufficit quod caveat de rato IV. 215. *col.* 2. *n.* 23. & 24. & 216. *col.* 1. An cautio de rato aliquando admittatur ? *ibid.* 216. *col.* 1. & 2. *n.* 25. Quomodo hodie mandatum expediri debeat ? *ibid. col.* 2. *n.* 26. An poſt litem conteſtatam revocari poſſit ? *ibid. n.* 27. & 217. *col.* 1. An morte Principalis extinguatur ? *ibid.* 217. *col.* 1. ſub *eod. n.* Hodie Sententia non fertur in Procuratorem , ſed in Principalem . IV. 328. *col.* 1. *n.* 16.

Procuratoribus hodie debentur ſua ſalaria ; & qui hinc abuſus ? IV. 217. *col.* 1. *n.* 28.

Procuratori ſimilis eſt Defenſor ſive Actor cauſarum Univerſitatis , Collegii , Societatis, & ſimilium Corporum . IV. 217. *col.* 1. & 2. *n.* 29.

Vide, *Syndicus.*

PROCURATOR , seu CELLARIUS.

Vide, *Cellarius.*

PROCURATOR FISCALIS.

Procuratorum Fiſcalium munus . IV. 222. *col.* 2. *n.* 3. Ad horum normam creati ſunt Promotores in Curiis Eccleſiaſticis . *ibid. n.* 4. & 223. *col.* 1.

Vide, *Promotor.*

PROCURATOR REGIUS.

Procuratoris Regii munus & officium circa informationes criminales . IV. 282. & *ſeq. col.* 1. & 2. *n.* 15. & *ſeqq.* Quando Procurator Regius teneatur nominare Denuntiatorem ſeu Inſtigatorem? IV. 285. *col.* 1. *n.* 35. & 36. Ad Procuratoris Regii inſtantiam & concluſionem pronunciantur Parlamentorum Arreſta contra publicationem Bullarum Curiæ Romanæ citra Placetum Regium . IX. 245. *col.* 2. §. 4. & 246. *col.* 1. & 2.

Vide, *Informatio criminalis.*

PROCURATORES PŒNITENTIARIÆ.

Procuratores Pœnitentiariæ quot ſint ; & quod eorum munus ? I. 418. *col.* 1. & 2. *n.* 15.

PRODATARIUS.

Prodatarius ; quare ſic dicatur Cardinalis aſſumptus ad officium Datarii? I. 411. *col.* 1. *n.* 5.

PROFANATIO ECCLESIÆ.

Vide, *Eccleſiæ Cœmeterium.*

PROFESSIO.

Profeſſionis Religioſæ ritus ex Regula S.Benedicti & aliorum . I. 471. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & 2. & 472. *col.* 1. Solemnis Monachi benedictio olim uſitata , quam vim habuerit ? *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 1. Ritus externi in Regulis & in Conſtitutionibus præſcripti non ſunt de eſſentia Profeſſionis. *ibid.* 472. *col.* 1. *n.* 4. Jure Decretalium Profeſſiones tacitæ admittuntur , neque per Synodum Tridentinam omnino ſunt ſublatæ . *ibid. col.* 2. *n.* 5. Moribus Galliæ & Belgii profeſſio non probari poteſt , niſi per ſcripturam . *ibid. n.* 6. Si allegetur regiſtra eſſe perdita , tunc probatio per teſtes recipi poſſet . *ibid. eod. n.* Tacita Profeſſio hodie non admittitur . I. 449. *col.* 1. *n.* 4. & 472. *col.* 2. *n.* 7. & 473. *col.* 1. *n.* 9. Quare benedicantur veſtes , quæ Profitentibus conceduntur ? *ibid.* 449. *col.* 1. *n.* 6. Hujus ritus antiquitas . VII. 373. *col.* 1. & 2. Quis color harum veſtium ? *ibid. col.* 1. Canone Trullano improbatur conſuetudo mulieres Profeſſionem emiſſuras , ſplendido veſtium apparatu , auro gemmiſque conſpicuas ad altare ſiſtendi . *ibid.* 372. *col.* 2. & 373. *col.* 1. & 2. Quæ cauſa hujus abuſus ? *ibid.* 373. *col.* 2. A parentibus olim oblati ante annos pubertatis, vitæ Religioſæ poſtmodum aſtringebantur . I. 471. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Hodie nemo aſtringitur , niſi per liberam Profeſſionem . *ibid. col.* 1. & 2. & VIII. 200. *col.* 1. & 2. Admiſſioni ad Profeſſionem annexum eſt jus ad ſuſtentationem . I. 460. *col.* 1. *n.* 8. Nihil poteſt accipi pro jure ſuſtentationis , quin una cenſeatur acceptum pro admiſſione ad Profeſſionem . *ibid. col.* 2. *n.* 12. & 461. *col.* 1. Profeſſio nulla eſt , facta ante expletum annum Novitiatus . I. 446. *col.* 2. *n.* 18. Quâ ratione Profeſſio Monaſtica vocetur *Benedictio gratiæ* ? VII. 368. *col.* 2. In Profeſſione Virginum & Viduarum olim dabatur diſtinctio , quæ tandem ſublata eſt. VIII. 248. *col.* 2.

Profeſſionis antiquæ formulæ nullum votum aut Regulam exprimebant . I. 475. *col.* 2. *n.* 1. Primus Profeſſionis formulâ obſervantiam Regulæ incluſit S. Benedictus . *ibid.* 476. *col.* 1. *n.* 4. Paupertatis & caſtitatis vota cenſentur tacite incluſa . *ibid. n.* 6. Voti caſtitatis primus expreſſam mentionem fecit S. Franciſcus. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 7. & 538. *col.* 2. *n.* 3. Quæ hodiernâ formulâ Profeſſionis Benedictinæ includantur ? I. 476. *col.* 1. *n.* 5. Quoad tria vulgaria Religionis vota , formula Benedictina convenit cum recentioribus . *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 7. Quid ſtabilitas , de qua in Regula S. Benedicti ? *ibid. col.* 2. *n.* 8. & 9. Etiam in omni Profeſſione cen-

Digitized by Google

cenſetur incluſa. *ibid. n. 9.* Votum ſtabilitatis Monachos ad perpetuam clauſuram non adſtringit. I. 477. *col.* 2. *n.* 3. Qui vitam Monaſticam profitetur, omnia ejus eſſentialia promittere cenſetur. *ibid.* 475. *col.* 2. *n.* 2. Profeſſio includit obſervantiam conſilii Evangelici de abdicatione rerum temporalium. I. 501. *col.* 1. *n.* 3. In ea includitur votum paupertatis. *ibid.* 500. *col.* 2. *n.* 1. Monaſtica Profeſſio non eſt aliud quam omnium temporalium abrenuntiatio. I. 527. *col.* 2. *n.* 11.

Profeſſio quâ ætate fieri potuerit olim; & quæ ætas hodie requiratur? I. 473. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Primis ſeculis non fiebat ante quadrageſimum annum, Virginum conſecratio. VII. 196. *col.* 1. & 2. Per Canonem Africanum Virgines non admittendæ ad Profeſſionem ante 25. annos. VII. 205. *col.* 2. & 319. *col.* 1. & 2. Quid circa hanc materiam ſtatuerit Synodus Trullana? VII. 367. *col.* 1. & 2. & 368. *col.* 1. In Concilio Tridentino paratum erat Decretum requirens ætatem 18 annorum; & cur ab eo receſſum? I. 474. *col.* 1. & 2. *n.* 7. Olim ad Profeſſionem Monaſticam eadem ætas ſufficiebat, quæ ad matrimonium requirebatur. *ibid.* 473. *col.* 2. *n.* 3. Synodus Tridentina requirit annum 16. completum. *ibid.* 474. *col.* 2. *n.* 9. Varii Ordines majorem ætatem requirunt. *ibid.* 473. *col.* 2. *n.* 4. & 5. & 474. *col.* 1. *n.* 6. Quod non improbat Synodus. *ibid.* 474. *col.* 2. *n.* 10. & 475. *col.* 1. Si Profeſſio fiat ante tempus per ſtatuta dictorum Ordinum requiſitum, ſed poſt annum 16. erit valida. *ibid.* 475. *col.* 1. *n.* 11. Perniciosa vulgi opinio, quod oporteat Profeſſurum mundum noviſſe. *ibid.* 474. *col.* 2. *n.* 8. Merito exactius examen hodie circa recipiendos ad Profeſſionem, quam olim, præmittitur. I. 490. *col.* 2. *n.* 14. An ſolus Abbas poſſit admittere ad Profeſſionem ſine conſenſu Comunitatis? I. 572. *col.* 2. *n.* 26.

Profeſſio Religioſa an aſtringat ſtabilitet Profeſſum Monaſterio; & quid ab exeunte Monacho obſervandum? I. 477. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* An Profeſſio Religioſa permittat tranſitum de una Religione ad aliam? I. 480. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* An Monachi contumaces & rebelles poſſint poſt Profeſſionem e Monaſterio ejici & a Religione abſcindi? I. 487. *col.* 2. *n.* 1. & 488. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 2. & *ſeqq.* Cujus ſit Reos e Monaſterio educere? I. 567. *col.* 1. & 2. *in nota.*

Profeſſio ſolvit Matrimonium ratum, non conſummatum. II. 450. *col.* 2. *n.* 8. & 451. *col.* 1. & 2. *n.* 13. & *ſeqq.* Vide, *Votum.*

Profeſſio tacita quænam eſſe cenſeatur? VIII. 162. *col.* 1. & 2. *in nota.* Quid moris ſit circa talem Profeſſionem in Galliis & in aliis Regnis? *ibid. in nota.* Exemplum Profeſſionis tacitæ. VIII. 248. *col.* 2.

Profeſſio tollit irregularitatem ex defectu natalium, non tamen reddit capacem Prælaturæ. II. 306. *col.* 1. & 2. *n.* 27. Non omnes, qui Profeſſionem Religioſam emiſerunt, ad Ordines ſacros admittendi. II. 268. *col.* 1. & 2. *n.* 8.

Profeſſione Penſionarii extinguitur Penſio III. 356. *col.* 1. *n.* 3.

Profeſſionis nullitas deducenda eſt infra quinquennium, etiamſi cauſa adhuc duraret. I. 484. *col.* 2. *n.* 3. Exceptio. 485. *col.* 1. *n.* 5. & 6. Olim liberum fuit omni tempore allegare & probare nullitatem Profeſſionis. *ibid.* 484. *col.* 1. *n.* 1. Quare, quinquennio elapſo, non admittatur hodie reclamatio? *ibid.* 485. *col.* 1. *n.* 7. Reclamatio fieri debet per inſtrumentum authenticum. *ibid.* 485. *col.* 2. ſub *n.* 10. Contra lapſum quinquennii non admittitur excuſatio ignorantiæ, nec metus, aut vis etſi perpetuæ. *ibid. col.* 1. *n.* 7. & 8. Stylo Curiæ Romanæ datur reſtitutio; & quâ formâ? *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 9. In Gallia hæc reſtitutio non admittitur. *ibid. col.* 2. *n.* 10. Cauſa nullitatis coram quo deducenda? *ibid. n.* 11. & 486. *col.* 1. *n.* 12. & *ibid. col.* 1. & 2. *in nota.* Si habitum dimiſerit, non auditur niſi eo reaſſumpto. *ibid.* 486. *col.* 2. *n.* 16. & 17. & 487. *col.* 1. Nemo Profeſſionem Monaſticam, niſi metu extortam, deſerere poteſt. VIII. 201. *col.* 1.

Vide, *Votum*, *Novitius*, *Monachus*, *Ordo Regularis*, *Religio*, *Virgo*, *Metus*.

PROFESSOR.

Profeſſores linguæ Latinæ, adoleſcentulorum ſaltus tanquam præcipuum ornamentum ſcenis ſuis intrudentes, graviter impingunt in Regulas Chriſtianas. VII. 377. *col.* 2. & 378. *col.* 1.

Vide, *Academia*, *Grammatica*, *Studium*, *Univerſitates*.

PROHIBITIO LIBRORUM.

Vide, *Libri prohibiti*.

PROMOTIO.

Promovendi non ſunt indigni ad munia Eccleſiaſtica. VIII. 394. *col.* 2. & 395. *col.* 1. Pœnæ in promoventes indignos. *ibid.* 395. *col.* 1.

Vide, *Electio*, *Ordo*, *Sacerdos*, *Patronus*.

PRO-

Digitized by Google

PROMOTOR.

Promotoris nomen undenam derivatum? IV. 223. *col.* 1. *n.* 5. Formula inſtitutionis Promotorum. *ibid. n.* 6. Eorum officium. *ibid.* 223. *col.* 2. *n.* 8. & *ſeqq.* & 224. *col.* 1. & 2. *n.* 11. & *ſeqq.*

Promotorum varii exceſſus jam a ſeculo XIV. notati. IV. 223. *col.* 2. *n.* 10. & 224. *col.* 1. *n.* 11. & 12. Remedia quibus Synodi iis occurrere voluerunt. *ibid.* 224. *col.* 1. *n.* 11. & 12. Hi exceſſus nondum aboliti. *ibid. col.* 2. *n.* 13. Non poteſt Promotor quemquam convenire, niſi habitâ informatione & cum magna diſcretione. *ibid. n.* 14. Si aliter egerit, quomodo puniendus? IV. 281. *col.* 2. *n.* 14. & 282. *col.* 1. *n.* 15. Id maxime obtinet in cauſis Clericorum. IV. 224. *col.* 2. *n.* 14. & 15. Juramentum Promotorum. *ibid. n.* 16. Super cauſis agendis conferre debet Promotor cum Advocato Fiſcali. *ibid. n.* 17. & 225. *col.* 1. Monitum S. Caroli ad Promotorem, ejuſque Subſtitutum. *ibid.* 225. *col.* 1. *n.* 20. Ordinationes Curiarum Eccleſiaſticarum adverſus Promotores diſſimulantes crimina. *ibid.* 225. *col.* 1. & 2. *n.* 21. & 22. Promotores cum delinquentibus conniventes arbitrarie puniendi. *ibid. col.* 2. *n.* 23. Juramentum & inſtitutio Promotoris Univerſitatis Lovanienſis. *ibid. n.* 25.

Promotores moribus Galliæ debent eſſe ſacris Ordinibus initiati. IV. 225. *col.* 2. *n.* 26. & 226. *col.* 1. Incommoda, quæ oriuntur ex eo quod in Belgio ad Officium illud admittantur conjugati, & ſæpe tenuis fortunæ. *ibid.* 226. *col.* 1. *n.* 27.

Promotor non tenetur ſeſe inſcribere ad pœnam talionis. IV. 281. *col.* 2. *n.* 13. Punitur ob male inſtitutam accuſationem; & quâ pœnâ? *ibid. n.* 14. Regulariter non condemnatur in expenſas. *ibid.* 282. *col.* 1. *n.* 15. Quandonam in eas poſſit condemnari juxta Ordinationes Curiarum? *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 16. Vide, *Informatio criminalis*.

PROMULGATIO.

Vide, *Publicatio*.

PROPOSITUM.

Propoſitum ſimplex inter & votum, quod ſit diſcrimen? VIII. 190. *col.* 2.

PROPRIETARIUS.

Proprietariorum tres claſſes diſtinguntur. V. 111. *col.* 1. & 2. An Proprietarii dicendi ſint Monachi ad Epiſcopatum aut ad Paſtoratum evecti? V. 172. *col.* 1. & 2. *cap.* 2. Vide, *Proprietas*

PROPRIETAS.

Proprietas totius Religionis pernicioſa peſtis. V. 3. *col.* 2. §. 3. Contra votum paupertatis peccant, qui rem quamcumque ita ſibi volunt eſſe propriam, ut aliis nolint eſſe communem. V. 6. & *ſeq. col.* 1. & 2. Quomodo hoc intelligendum? *ibid.* 119. *col.* 2. §. 1. & 120. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Quinam affectu proprietatem retineant, & in animo coram Deo vere proprietarii ſint? *ibid.* 7. *col.* 1. Quænam animi conſtitutio in Religioſis requiratur, ut ſe a peſtifero proprietatis vitio expurgent? *ibid. col.* 1. & 2. E quibus dignoſci poſſit, num Religioſus quiſpiam laboret vitio proprietatis; aut ſimulata ſit, omnia abdicandi & in communionem redigendi promptitudo? V. 7. *col.* 2. & 8. & *ſeq. col.* 1. & 2.

Proprietas in ſe non eſt peccatum. V. 10. *col.* 2. Quomodo ſit peccatum in Religioſis? *ibid.* 9. *col.* 1. & 2. & 10. *col.* 1. Solvuntur quædam objectiones ſumptæ ex Regula S. Auguſtini non bene intellecta. *ibid.* 9. *col.* 1. & 2. Cavere debet Religioſus, ne eorum quæ ad neceſſitatem vel diſpenſationem conceduntur, quidquam poſſideat ut proprium, vel utatur ut proprio. V. 20. *col.* 2. §. 10. & 21. & *ſeq. col.* 1. & 2. Quid ſit poſſidere ut proprium? *ibid.* 21. *col.* 1. & 2. Quid ſit uti ut proprio? *ibid. col.* 2. Hoc non minus cavendum Superioribus, quam Subditis. *ibid.* 22. *col.* 1. & 2. Quædam dubia circa hanc materiam, quibus reſpondent Decreta S. Congregationis. V. 28. *col.* 1. & 2. §. 14. & 29. *col.* 1. & 2. Solvitur objectio deſumpta ex Capite *Monachi* ⁏ *De ſtatu Monachorum*. V. 30. & 31. *col.* 1. & 2. §. 1. Solvitur altera objectio deſumpta ex Cap. fin. ⁏ *Qui Clerici vel voventes Matrim. contrahere poſſunt*. ibid. 31. *col.* 2. §. 2. & 32. *col.* 1. & 2. Quam perículoſum & pernicioſum ſit argumentum quod in defenſionem Peculiorum a communi praxi aſſumitur. V. 32. *col.* 2. & 33. & *ſeq. col.* 1. & 2. Nec valet hoc argumentum: In aliquo Monaſterio vel Ordine receditur a perfecta paupertate aut vitæ communione: ergo qui in tali Monaſterio aut Ordine vivit, non tenetur ad exactam paupertatis & vitæ communis obſervantiam. *ibid.* 34. *col.* 2. §. 4. & 35. & *ſeq. col.* 1. & 2. Hujus argumenti invaliditatem perſpectam habuerunt pauci; & quinam illi fuerint? *ibid.* 35. *col.* 2. & 36. *col.* 1. Diſcutitur objectio quæ contra doctrinam de vitio peculiaritatis a nimio illius rigore formatur.

Digitized by Google

tur. V. 119. *col.* 2. §. 1. & 120. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Solvuntur aliæ objectiones. V. 171. & *ſeqq. col.* 1. & 2.

Proprii carentia eſt Evangelicæ perfectionis ac Monaſticæ profeſſionis portio eſſentialis. V. 140. *col.* 1.

Proprietas vera non tantum *accidentaliter* & jure poſitivo, ſed eſſentialiter ſtatui Religioſo repugnat. V. 142. & *ſeqq. col.* 1. & 2. §. 1. Quale rerum temporalium dominium conſiſtere poſſit cum voto paupertatis ſimplici? *ibid.* 143. *col.* 1. & 2. An vera proprietas conſiſtat cum dependentia a nutu & beneplacito Superioris? V. 144. & *ſeqq. col.* 1. & 2. §. 2. Proprietas anti-Evangelica quid ſit? *ibid.* 145. *col.* 1. Quid proprietas juridica? *ibid.* 145. *col.* 2. Quam frivola ſit hæc diſtinctio? *ibid. col.* 2. Quid de diſtinctione inter uſum facti & uſum juris? *ibid.* 146. *col.* 2. §. 3. & 147. *col.* 1. & 2.

Vide, *Uſus*.

Proprietatis jure an Chriſtus & Apoſtoli in communi aliquid poſſederint? VIII. 586. & *ſeqq. col.* 1. & 2. & 591. & *ſeqq. col.* 1. & 2.

Vide, *Peculium Monachi*.

PROTECTIO REGIA.

Vide, *Princeps*, *Recurſus*.

PROTHOCOLLUM.

Prothocolla omnium Contractuum, Teſtamentorum, aliorumque Actuum a Notariis ſummâ curâ ſervanda. IV. 268. *col.* 1. & 2. *n.* 32. & 33.

Vide, *Regiſtrum*.

PROVINCIA.

Provinciæ Eccleſiaſticæ olim eædem erant cum civilibus. I. 293. *col.* 2. *n.* 5. Quid ſtatutum in Conſtantinopolitano Concilio circa regimen Provinciarum Eccleſiaſticarum? VI. 583. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Mutato ab Imperatoribus Valentiniano I. & Valente Provinciarum ſtatu, Eccleſiarum ordo non ideo mutatus. VII. 60. *col.* 1. & 2. & *ibid. in nota col.* 1. & 2.

Provincia Belgarum gaudet Privilegio quo nullo caſu vel inſtantiâ extra illam evocari poſſint? IV. 184. *col.* 1. *n.* 10. & 11. Specialiter Privilegiati ſunt Brabanti. *ibid.* 185. *col.* 1. *n.* 16. Quid in hac materia obtineat in Hiſpania? *ibid.* 187. *col.* 1. & 2. *n.* 23. & *ſeqq.* Quid in Gallia? *ibid. col.* 2. *n.* 26. & *ſeqq.* Quid moribus Galliæ & Belgii cenſeatur eadem Provincia? *ibid.* 188. *col.* 1. *n.* 30. Si Diœceſis in plures Provincias ſe extendat, ſæpe tenebitur Epiſcopus plures Officiales conſtituere, quod faciunt hodie Epiſcopi exteri, quorum Diœceſes ſe extendunt in Brabantiam. I. 143. *col.* 2. *n.* 6. & 144. *col.* 1. & IV. 184. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 10. & *ſeqq.*

Vide, *Belgium*.

PROVINCIALIS.

Vide, *Superior*.

PROVISIO.

Proviſio in Cauſis criminalibus ſeu pœnalibus non cadit. IX. 536. *col.* 2. In Cauſa vero civili, pendente lite, decerni poteſt Proviſio. *ibid. col.* 2.

Vide, *Sententia proviſionalis*.

PROVISIO APOSTOLICA.

Providere poteſt Pontifex de Eccleſiis apud Sedem vacantibus. I. 170. *col.* 2. *n.* 10. Interdum Rex Galliæ Proviſioni Pontificis ſe opponere poſſet. *ibid.* 171. *col.* 1. *n.* 11.

Proviſio in forma *dignum* unde dicta? III. 152. *col.* 1. *n.* 1. Proviſus remittitur ad Ordinarium, ut ei de Beneficio provideat. *ibid. n.* 2. Ante hanc proviſionem nullum adhuc habet titulum Beneficii, nec illud poteſt reſignare, vel poſſeſſionem ejus accipere. *ibid. col.* 2. *n.* 3. 4. & 5. Ordinario recuſante litteras Proviſionis, ad quem recurrendum? *ibid. n.* 6. Quâ auctoritate Epiſcopi exequantur litteras Apoſtolicæ Proviſionis in forma *dignum* ſibi directas? *ibid. n.* 7. & 153. *col.* 1. & 2. Cautelæ ne Proviſiones Beneficiorum Eccleſiaſticorum per appellationes protelentur. VIII. 535. *col.* 2. & 536. *col.* 1. & 2. Forma *dignum* dividitur in Antiquam & Noviſſimam; & utriuſque differentia. III. 153. *col.* 2. *n.* 8. Quid circa has formulas habeat hodierna praxis, præcipue in Gallia? *ibid. n.* 9. & 154. *col.* 1. Formula litterarum Proviſionis ſeu *Viſa* per Ordinarium. *ibid.* 154. *col.* 1. *n.* 10. Quis hic cenſeatur Ordinarius? *ibid. n.* 12. Proviſio in forma *dignum* alteri directa in Gallia non recipitur, niſi ob cauſam. *ibid. n.* 13. Examen alteri per Ordinarium delegari poteſt. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 14. Ordinarius tenetur dare litteras ſeu *Viſa*, ſi Proviſus prævio examine repertus ſit dignus. III. 249. *col.* 1. *n.* 22. *Condition ſous laquelle ſe donne quelquefois ce* Viſa. III. 753. *col.* 1. & 2. *tit.* 7. *chap.* 1. *Le Pourvu* in forma dignum, *peut il réſigner avant le* Viſa? *ibid.* 753. *col.* 2. *Dans la conceſſion du* Viſa *l'Evêque ne procede pas comme pur exécuteur, mais comme Juge*. ibid. 754. *col.* 2. *chap.* 5.

Proviſio in forma *gratioſa*. III. 154. *col.* 2. *n.* 17. & 18. Forma Signaturæ in hac Proviſione. *ibid.* 155. *col.* 1. *n.* 19. Hæc Proviſio dirigitur ad ipſum ſupplicantem, cui & inſcribitur tanquam Beneficiato. *ibid. n.* 20. Formula iuſcriptionis; item tenor Proviſionis. *ibid. n.* 21. & 22. Deputantur Executores, & quales? *ibid. n.* 23. In Gallia & Belgio non admittitur hæc Proviſio quoad Beneficia curata, niſi proviſio ante aditam poſſeſſionem ſubierint examen Ordinarii. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 24. & 753. *col.* 2. Quoad Beneficia ſimplicia frequentior eſt Proviſio in forma *gratioſa*. *ibid.* 155. *col.* 2. *n.* 25. Ad quid inducta forma *novæ Proviſionis*; & quid operetur? *ibid.* 156. *col.* 1. *n.* 1. Formula Reſcripti *perinde valere* in quem finem detur; quid operetur, & quid in ſupplica pro eo obtinendo exprimendum? *ibid. col.* 2. *n.* 5. & *ſeqq.* Per hoc Reſcriptum non inteudit Papa derogare juri tertii. *ibid. n.* 7. Quid Reſcriptum *perinde etiam valere*? *ibid.* 157. *col.* 1. *n.* 10. Hujus Reſcripti nullus hodie uſus eſt in Gallia. *ibid. n.* 11. Quid Reſcriptum *rationi congruit*; cur ita dicatur, & quis ejus finis? *ibid. n.* 12. Per hoc Reſcriptum gratiæ ante conceſſæ nihil ad validitatem accedit. *ibid. col.* 2. *n.* 15. *Obſervations ſur les Proviſions* Perinde etiam valere; Perinde valere; Rationi congruit. III. 753. *col.* 2. *chap.* 2.

Proviſiones Pontificiæ non cenſentur factæ motu proprio, niſi diſerte id exprimatur. III. 158. *col.* 2. *n.* 2. Iu Gallia non admitterentur. *ibid. n.* 3. *La clauſe* motu proprio *y eſt rejettée*. III. 754. *col.* 1. *n.* 3. Proviſio ſæpe invalida eſt ob non rectam expreſſionem in Supplica. *ibid.* 158. *col.* 2. *n.* 6. Quænam in Supplica neceſſario exprimenda? *ibid.* 159. *col.* 1. & 2. *n.* 7. & *ſeqq.* Exprimendum Beneficium, quantumvis exiguum, ante obtentum; & quare? III. 169. *col.* 2. *n.* 37. *Obſervations touchant la Proviſion ſur Supplique.* III. 753. *col.* 2. *chap.* 3. & 754. *col.* 1.

Proviſiones, Reſervationes & Mandata Apoſtolica, non generaliter & indiſtincte, ſed cum certis limitationibus, in Gallia & in Belgio admittuntur. I. 204. *col.* 1. *n.* 28. Tribus modis in Curia Romana litteræ, quæ ad Proviſionem Beneficiorum ſpectant, expediuntur. I. 415. *col.* 1. & 2. *n.* 6. Cur potius in Dataria quam in Cancellaria Proviſiones expediantur? *ibid. col.* 2. *n.* 7. Proviſiones Apoſtolicas conſervavit Synodus Tridentina unde hodie Reſervationibus defertur. III. 124. *col.* 1. & 2. *n.* 15. *Le Pape ne peut dans les Proviſions ordonner que foi ſera ajoûtée au contenu des Bulles, par rapport aux faits qui y ſont expoſés.* III. 759. *col.* 1. *tit.* 10.

Proviſio Apoſtolica primitus in communi & ſimplici forma expediebatur. III. 169. *col.* 2. *n.* 41. & 170. *col.* 1. Clauſulæ Proviſionibus inſertæ, necnon novæ quædam formulæ. *ibid.* 170. *col.* 1. & 2. *n.* 42. Querelæ Anglorum in Concilio Lugdunenſi de Proviſionibus Apoſtolicis. VIII. 493. *col.* 2. §. 4.

Proviſiones Apoſtolicæ non executioni mandantur iu Galliæ, in Belgio nec in Hiſpania, ſine Placeto Regio. III. 176. *col.* 2. *n.* 7. & 177. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 8. & *ſeqq.*

Vide, *Placetum*.

PROVISIO BENEFICIORUM.

Proviſio Beneficiorum omnium priſtinis ſeculis cenſebatur ordinaria. III. 69. *col.* 1. & 2. *n.* 4. Unde & ex quo tempore difficultates & quæſtiones motæ circa Beneficiorum Proviſionem? *ibid. col.* 1. *in eod. n.* 4. In omni Beneficiorum Proviſione convenit, ut interveniat auctoritas Epiſcopi. *ibid.* 71. *col.* 2. *n.* 23. In Proviſione Beneficiorum non hominibus, ſed Eccleſiis providendum. *ibid.* 416. *col.* 2. *n.* 9. Ante Proviſionem inquirendum de qualitatibus eorum, qui præfici poſſunt. *ibid. n.* 10.

Providendi Eccleſiis Parochialibus novam formam induxit Synodus Tridentina. III. 89. *col.* 2. *n.* 1. Scopus Decreti magis attendendus, quam cortex verborum. *ibid. n.* 2. Expedit, ut potius ſingulis Epiſcopis in ſua reſpective Eccleſia competat Proviſio Beneficiorum quam ſoli Romauo Pontifici? III. 124. *col.* 2. *n.* 16.

Proviſio Ordinatii, ſpreto Patrono, valida eſſet; ſecus Metropolitani aut Papæ Proviſio facta ante tempus devolutionis expletum. III. 208. *col.* 2. *n.* 28. Proviſio Ordinarii valida eſt etiam ad excludendam præventionem Papæ; ſecus Proviſio Papæ, ſpreto Patrono. *ibid. n.* 29. & 209. *col.* 1.

Providendus de Beneficio, juxta ſtylum Curiæ Romanæ, jurare debet, quod illi intendat deſervire. III. 354. *col.* 2. *n.* 29. Simile obſervatur in Academia Lovanienſi. *ibid. n.* 30. *Obſervations touchant la forme des Proviſions de l'Ordinaire.* III. 750. *col.* 2. *chap.* 1. & 751. *col.* 1.

PROVISIO REGIA.

Vide, *Judicium poſſeſſorium*, *Manutenentia*, *Recurſus*, *Princeps*, *Caſſatio*.

PROVISOR.

Vide, *Cellarius*, *Collegium*.

PRO-

Digitized by Google

PROVOCATIO.

Vide, *Appellatio*, *Reviſio*.

PSALMODIA.

Pſalmodia, quomodo rite peragenda? V. 242. *col.* 2. §. 3. & 243. *col.* 1. & 2. & 414. & *ſeqq. col.* 1. & 2. §. 7.

Pſalmodia a Cantoribus ſive Vicariis Chori inchoanda. VI. 540. *col.* 2. & 541. *col.* 1.

Vide, *Cantus*, *Muſica*, *Hymnodia*, *Pſalmus*.

PSALMUS.

Pſalmorum cantus eſt baſis & ſubſtantia divini Officii. V. 414. *col.* 1. & 2. §. 7. Libri Pſalmorum excellentia, tum ex materia, tum ex forma ſeu genere ſcriptionis ſpectata. *ibid. col.* 1. & 2. Ubique recepta Pſalmorum in divinis Officiis recitatio, ſed non eadem ubique Pſalterii ordinatio. *ibid. col.* 2. Quænam Pſalmorum melior ordinatio, & devotioni ac inſtructioni recitantium convenientior? *ibid.* 415. *col.* 1. Quam ſollicite ſit curandum, ut Pſalmorum recitatio, ſeu decantantio fiat *devote*, & cum piis animi affectibus peragatur? V. 415. *col.* 1. & 2. Quid attendendum, ſi privatim Pſalmi recitentur; quid ſi cantentur in Choro. *ibid. col.* 2. Quid ad devotam Pſalmorum recitationem plurimum conducat? *ibid. col.* 2. & 416. *col.* 1. Lectiones inter Pſalmos cantandos interponendæ. VI. 541. *col.* 2. Priſtini Monachi Pſalmos longiores decantando interrumpebant; & quæ hujus diſciplinæ utilitas? VI. 541. *col.* 2. & 542. *col.* 1.

Pſallendi ritus a Synodo Trullano præſcriptus. VII. 402. *col.* 1. & 2. Mos Pſalmos *memoriter* & ſine libro cantandi diu in Eccleſia viguit. VII. 454. *col.* 1. & 2. Etiamnum hodie ejus moris veſtigia quibuſdam in locis remanſerunt. *ibid. col.* 1. & 2.

PSALTERIUM.

Pſalterium omnino noſſe debebat ordinandus Epiſcopus, & ſuper hac notitia juxta Nicænam Synodum diligenter examinandus erat. VII. 453. *col.* 2. Jam olim moris fuit, ut ipſi fideles integrum Pſalterium memoriter tenerent. *ibid. col.* 2. & 454. *col.* 1. Quomodo hæc pietas Pſalterium recitandi ad ſolos Clericos, Monachos & Moniales delapſa ſit? VII. 454. *col.* 1. Clerici olim tenebantur totum Pſalterium memoriter addiſcere. *ibid. col.* 1. & 2.

PTOCHEIA ſeu PTOCHODOCHIA.

Vide, *Hoſpitale*.

PTOCHOTROPHIA.

Ptochotrophia quid ſint? III. 632. *col.* 2. *n.* 4.

PUBLICATIO,

Publicatio Legis neceſſaria, ut *Legis* rationem habeat. IX. 17. *col.* 1. & 2. §. 6. & 217. *col.* 1. & 2. §. 1. Qualis eſſe debeat Legis publicatio, ut vim Legis ſortiatur? *ibid.* 218. *col.* 1. & 2. Tam publice tamque ſolemniter fieri debet ut toti Communitati & univerſo populo innoteſcat. IX. 218. *col.* 1. & 2. §. 2. Pluribus titulis convenit Legem generalem per ſingulas Provincias publicari. *ibid.* 219. *col.* 1. & 2. §. 3. Juſtinianus Imperator formam publicationis per Provincias probavit; eaque Juſtiniani Conſtitutio ubique recepta eſt. *ibid.* 220. *col.* 1. & 2. §. 4. Quæ norma in Legum tam Civilium quam Eccleſiaſticarum publicatione ſervanda. IX. 17. *col.* 2. & 226. *col.* 1. & 2. §. 2. & 227. *col.* 1. Forma publicandi Leges per Provincias etiam in Legibus Eccleſiaſticis obſervari voluit Juſtinianus: eamque Juſtiniani Legem Eccleſia Romana probavit. *ibid.* 221. *col.* 1. & 2. §. 1. Hanc publicandi formam a primis ſeculis Eccleſia ſervavit. *ibid. col.* 2. §. 2. & 222. & *ſeq. col.* 1. & 2.

Publicationem per Diœceſes requirit ratio inſtituti a Chriſto regiminis Eccleſiaſtici. IX. 223. & *ſeqq. col.* 1. & 2. §. 3. Quam longe a ſpiritu Chriſti recedatur, velle populorum Provincialium coſcientias conſtringere unicâ Legis in Metropoli aut alio loco quantumvis frequentato factâ publicatione. *ibid.* 224. *col.* 1. & 2. Modus Leges Eccleſiaſticas publicandi per Diœceſes ordini Hierarchico plane conveniens eſt, imo quodammodo neceſſarius. *ibid.* 225. *col.* 1.

Publicationis forma, quâ Leges & Decreta Pontificia in urbe Roma promulgari ſolent. IX. 225. *col.* 1. & 2. §. 1. & 226. *col.* 1. Quo tempore veriſimile ſit hanc formam publicandi cœpiſſe? *ibid. col.* 1. & 2. *in nota*. Quis ſit effectus hujus Publicationis? *ibid.* 226. *col.* 1. & 2. §. 2.

Publicatio Decretorum dogmaticorum, quibus modis in publica Jura poſſit impingere? IX. 290. & *ſeqq. col.* 1. & 2. §. 1.

Publicatio Romæ facta non ſufficit, ut Lex Pontificia atque annexa cenſura ubique obliget. IX. 17. *col.* 1. & 2. §. 6. & 227. & *ſeqq. col.* 1. & 2. §. 3. & *ſeqq.* Solvitur primum argumentum eorum, qui prætendunt, promulgationem Romæ factam eſſe ſufficientem, ut per eam omnes ubique fideles obſtringantur.

Digitized by Google

tur. IX. 227. *col.* 1. & 2. §. 3. & 228. *col.* 1. Refellitur ſecundum argumentum deſumptum ex publicatione Bullæ *In Cœna Domini*. ibid. 228. *col.* 1. & 2. §. 4. Refellitur argumentum deſumptum ex publicatione Regularum Cancellariæ. IX. 228. *col.* 2. §. 5. & 229. *col.* 1. Refellitur quartum argumentum deſumptum ex ratione congruentiæ. *ibid.* 229. & *ſeq. col.* 1. & 2. §. 6. An ſola publicatio Romæ facta propterea ſufficere debeat, *ne Leges Pontificiæ ab Epiſcopis dependere videantur*. IX. 230. *col.* 1. & 2. Occurritur argumento, quod deſumitur ex clauſula Bullis Pontificiis nonnunquam inſerta, quâ declaratur, ſolâ publicatione Romæ factâ omnes ubique fideles Decretis Pontificiis obſtringi abſque ulteriori publicatione. *ibid.* 230. *col.* 2. §. 7. & 231. *col.* 1. & 2. Hæc clauſula nullius effectus eſt apud Belgas, Gallos aliosque pleroſque populos. *ibid.* 231. *col.* 1. & 2. Neque Belgæ, neque Galli crediderunt ſe conſtringi Decretis Concilii Tridentini ſolâ publicatione Romæ factâ. IX. 252. & 253. *col.* 1. & 2. §. 2. Quid de publicatione novæ Legis *in acie Campi Floræ?* VIII. 602. *col.* 2. & IX. 17. *col.* 2. & 18. *col.* 1. & 225. *col.* 1. & 2. §. 1. & 226. *col.* 1.

Publicatio Sententiæ Excommunicationis, quomodo fieri debeat? IX. 64. *col.* 1. & 2.

Publicatio Decretorum Congregationis Indicis plurima ſecum trahit incommoda; in Gallia prohibetur. I. 386. *col.* 2. *n.* 2. & 3. & 387. *col.* 1. & 2. & *ibid. col.* 1. & 2. *in nota*.

PUELLA.

Vide, *Virgo*, *Novitiatus*, *Profeſſio*, *Parentes*.

PUERI.

Vide, *Infantes*, *Impuberes*, *Minorennis*. *Parentes*, *Filius*.

PUERI CHORI.

Pueri Chori, quales aſſumendi? V. 396. *col.* 1. & 2. Quid circa eorum inſtitutionem attendendum? *ibid. col.* 2. Unde contingat, ut Pueri Chori, qui reliquis pueris pietate ac morum innocentiâ prælucere deberent, frequentius ſint cæteris pejores? *ibid. col.* 2. & 397. *col.* 1.

Pueri impuberes a primis ſeculis pro ætatis illius capacitate Officiis Eccleſiaſticis applicabantur. VII. 204. *col.* 2. & 205. *col.* 1. Aſſumebantur etiam ad Lectoris officium. *ibid.* 204. *col.* 2. Quæ utilitas hujus diſciplinæ? *ibid.* 205. *col.* 1.

PUERPERIUM.

Puerperium, quid ſit. II. 50. *col.* 2. *n.* 5. & 51. *col.* 1. *n.* 6. Quâ occaſione olim mulieres honorarent *puerperium* Divæ Virginis; & quare id inhibitum? *ibid.* 50. *col.* 1. *n.* 3. & *ſeqq.* Diva Virgo non paſſa eſt puerperium. VII. 406. *col.* 2.

PUNITIO.

Punitio criminum multis ſeculis in Foro Eccleſiaſtico ſine formalitatibus Juris peracta fuit. IV. 280. *col.* 1. *n.* 1. Forma hodierna criminalis Fori Eccleſiaſtici ex Legibus civilibus deſumpta. *ibid.* 280. *col.* 1. *n.* 2. Libellus ſupplex Statibus Brabantiæ oblatus ex parte plurimorum Eccleſiaſticorum, quo petunt ut nemo niſi auditus coram legitimo Judice puniatur. IX. 189. *col.* 2. & 190. *col.* 1. & 2.

PURGATIO.

Purgatio ſuſpectorum de hæreſi, in Concilio Lateranenſi IV. decreta. VII. 368. *col.* 2. & 369. *col.* 1.

PURGATIO CANONICA.

Societas Jeſu admiſſa fuit in Belgio ſub hac expreſſa conditione, quod ſe non poterunt ingerere exercitio ullius rei ſpectantis ad munus Paſtorale, ſine ſcitu, conſenſu & beneplacito Curatorum. I. 38. *col.* 2. *n.* 3. Contentio inter Parochos Bruxellenſes & Patres S. J. ſuper Catechiſmo Parvulorum. I. 40. *col.* 2. *n.* 6. & 41. *col.* 1. Altera & famoſa contentio eadem de re inter Parochos Gandenſes & eoſdem Patres. I. 42. *col.* 1. & 2. ſub *n.* 8. An Societas poſſit ſuccedere parentibus ? & conditio quoad hoc adjecta admiſſioni ejus in Gallia. I. 503. *col.* 1. & 2. *n.* 9. Annumeratur Mendicantibus, & quo titulo? I. 516. *col.* 2. *n.* 17. Votum illorum poſt biennium Novitiatus poteſt quodam ſenſu dici ſolemne. *ibid.* 542. *col.* 2. *n.* 15. & *ibid. col.* 1. & 2. *in nota*. Non ſolvit Matrimonium ratum, non conſummatum, uti Profeſſio Religioſa. II. 451. *col.* 1. *n.* 12. Immunitas eis conceſſa a Decimis per Gregorium XIII. ad quæ ſe extendat ? III. 518. *col.* 2. *n.* 43. Acris contentio Jeſuitas inter & Clerum Polonum ſuper quæſtione : *An Jeſuitarum Collegia Decimas ſolvere tenerentur de reditibus bonorum quæ eorum Collegiis data fuerant ?* VI. 39. *col.* 1. & 2. *in nota*. Quodnam ex Conſtitutione *Aſcendente Domino*, ipſis rerum temporalium competat dominium ? V. 143. *col.* 1. & 2. & 144. *col.* 1.

SODOMIA.

Sodomia enormiſſimum & deteſtabile crimen. VIII. 341. *col.* 1. & 2. Quid in Concilio Lateranenſi III. contra hoc crimen, ſtatutum fuerit ? *ibid.* 341. *col.* 2.

Vide, *Peccatum*.

SORORES GRISEÆ.

Sorores Griſeæ in Galliis ſuccedunt Beguinis. I. 655. *col.* 2. *n.* 17. & 18. & 656. *col.* 1. & VIII. 566. *col.* 2. & 567. *col.* 1.

SORS.

Sors, quid ſit reſpectu mutui ? VI. 238. *col.* 1. & 2. Uſura eſt quidquid ultra ſortem exigitur aut ſperatur. *ibid. col.* 1.

Vide, *Mutuum*, *Uſura*.

SORTES.

Sortium uſus prohibitus, præſertim in electione ad Dignitates Eccleſiaſticas. VIII. 239. *col.* 1. Quæ ſint ſortes Sanctorum, & an licitæ ? *ibid. col.* 1. & 2.

Vide, *Sortilegium*, *Superſtitio*.

SORTILEGIUM.

Sortilegii definitiones, ſpecies & malitia. IV. 132. *col.* 2. *n.* 1. & 2. & 133. *col.* 1. *n.* 3. & *ſeqq.* Inter maleficia reputatur. *ibid.* 133. *col.* 1. *n.* 5. Natura Sortilegii probat intervenire maleficium. *ibid. col.* 2. *n.* 6. In Sortilegio intervenit pactum implicitum vel explicitum cum dæmone. *ibid. n.* 7. Eiſdem ſignis, quibus utuntur Sortilegi ad prædictionem futurorum, etiam utuntur ad nocendum; & tunc malefici dicuntur. *ibid. n.* 8. Ex Sortilegiis & maleficiis graviſſima ſolent oriri incommoda. *ibid.* 134. *col.* 1. *n.* 10. Legibus Romanis puniebantur pœnâ capitis, qui de ſtatu Reipublicæ aut ſalute Principis Sortilegos conſuluiſſent. *ibid. col.* 1. *n.* 11. Tempeſtariis, Necromanticis variiſque aliis leges decernunt vivicomburium. *ibid.* 136. *col.* 1. *n.* 22. & 23. Lex Conſtantini contra maleficos, qui aliquid moliuntur contra ſalutem homi-

Digitized by Google

hominum, vel animos ad libidinem excitant. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 24. An licita ſint Sortilegia ad bonum finem? & an maleficium maleficio poſſit tolli? IV. 136. *col.* 2. *n.* 25. & *ſeqq.* & 137. *col.* 1. & 2. *n.* 38. & *ſeqq.* Edicta Principum Belgii contra Magos & Sortilegos, & ſpecialiter contra eos, qui vocantur Ægyptiaci. IV. 139. *col.* 2. *n.* 47. & 140. *col.* 1. & 2. *n.* 48. Epiſcopi & Paſtores tenentur populum monere & præmunire adverſus hujuſmodi impoſtores. IV. 141. *col.* 2. *n.* 54. & 142. *col.* 1. & 2. item ut caveant de ſuſpicionibus. IV. 144. *col.* 2. ſub *n.* 60. & 145. *col.* 1. An ad evitanda maleficia, concedenda Bannorum Matrimouialium diſpenſatio? II. 364. *col.* 2. *n.* 21.

Sortilegi, quinam ſint? VIII. 239. *col.* 1. Quædam nſui ſortium faventia. *ibid. col.* 1. Uſus tamen ille prohibitus, præſertim in electione ad dignitates Eccleſiaſticas. *ibid. col.* 1. Quæ Sanctorum ſortes, & an ſint licitæ? *ibid. col.* 1. & 2. De variis divinationum generibus, eorumque origine. *ibid.* 240. *col.* 1. De natura dæmonum; & an futura prænoſcant? *ibid.* 240. *col.* 1. & 2. Quâ pœnâ puniendi Sortilegi & Divini? VIII. 240. *col.* 2. De illuſionibus quibus mulieres a dæmonibus decipiuntur. *ibid.* 241. *col.* 2. De maleficiis per res ſacras, ipſumque Miſſæ ſacrificium. *ibid.* 242. *col.* 1. Incantationum variæ ſpecies. *ibid. col.* 1. & 2. *Arrêts qui font voir la fauſſeté de ce qui ſe dit communément, que le Parlement de Paris ne reconnoit pas qu'il y ait de véritables Sorciers.* IV. 513. *col.* 1. *chap.* 5.

Sortilegii crimen cujus Fori ſit tam in Gallia quam in Belgio? IV. 140. *col.* 1. & 2. *n.* 48. & *ſeqq.* & 141. *col.* 1. & 2. *n.* 52. & *ſeqq.* & *ibid.* 513. *col.* 1. & 2. *chap.* 5. Quâ circumſpectione Jndex iu his cauſis procedere debeat? IV. 141. *col.* 1. & 2. *n.* 53. Unde fiat quod in locis ubi magna inquiſitio adverſus Sagas non inſtituitur; longe minori numero de hac materia quam alibi reddantur ſuſpectæ? *ibid. col.* 2. ſub *eod. n.* 53. Tortura in hac materia multis incommodis eſt ſubjecta. IV. 299. *col.* 1. *n.* 38. Aliquando permittit Deus ut vera a Sortilegis prædicantur; & quare? IV. 143. *col.* 2. *n.* 58. & 144. *col.* 1.

Vide, *Magia*.

SPECTACULA.

Spectaculorum fœditas & abominatio a SS. Patribus graphice depingitur. II. 529. *col.* 1. & 2. *n.* 8. & *ſeqq.* Quantum afferant periculi? *ibid.* 528. *col.* 2. *n.* 6. Sunt irritamenta vitiorum, ad corrumpendos animos potentiſſime valentia. *ibid. col.* 2. *n.* 7. & 529. *col.* 1. Sunt publici pudoris lupanarium obſcœnitatis magiſterium. *ibid.* 529. *col.* 1. *n.* 8. Hiſtrionum impudiciſſimi motus, libidines docent & inſtigant. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 9. Caveæ turpitudinum, & publicæ profeſſiones flagitinrum. *ibid. col.* 2. *n.* 10. Malorum omnium fons, ſcaturigo & fomes. *ibid.* ſub *eod. n.* Spectacula bodierna, vulgo dicta *Comœdiæ*, item *Opera*, ab iis non multnm diſſimilia. *ibid.* 530. *col.* 1. *n.* 12. Lex Theodoſii quâ Spectacula probibentur diebus Dominicis & Feſtivis, etiamſi incideret in eas dies Natalis Imperatoris. II. 528. *col.* 1. & 2. *n.* 4. Prohibentur hodie tempore divini Officii. *ibid.* 530. *col.* 1. *n.* 13. *Ordonnances Royaux qui defendent les ſpectacles & tout ce qui détourne de l'Office divin les jours de Fêtes.* II. 563. *col.* 1. & 2. *chap.* 2. & 4.

Spectacula vitanda omnibus, & præſertim Clericis. VII. 203. *col.* 2. & 204. *col.* 1. & *ibid.* 350. *col.* 2. & 351. *col.* 1. & 2. & VIII. 377. *col.* 1. Nonnulla Conciliorum Decreta contra Spectacula & Sceuicos ludos. VII. 351. *col.* 1. & 2. & 352. *col.* 1. Plurima alia Decteta; remiſſive *ibid.* Cavendum ne dies Feſti violentur exhibitione Spectaculorum. VII. 255. & 256. *col.* 1. & 2.

Spectaculorum varia recenſentur genera. VII. 351. *col.* 1. & 2. & 377. *col.* 2. & 378. *col.* 1.

Vide, *Choreæ*.

SPIRITUALIA.

Spiritualia emere, an ſit peccatum? VIII. 113. *col.* 2. & 114. *col.* 1. Emens temporalia ſpititnalibus annexa, Simoniacus eſt. VIII. 116. *col.* 2. & 117. *col.* 1. & 2.

Vide, *Simonia*.

SPIRITUS SANCTUS.

Spiritus Sanctus procedit ex Patre & Filio. VIII. 531. *col.* 1. & 2. Quid apud Gratianum circa fidem de Spiritu Sancto? VIII. 300. *col.* 2.

SPOLIA CLERICORUM.

Vide, *Succeſſio*.

SPOLIUM.

Spolii exceptio calumnioſe objecta ad impediendum litis progreſſum. VIII. 504. *col.* 1. De Spolii exceptione, ſive in canſa civili, ſive criminali objecta. *ibid. col.* 1. & 2.

Spoliandus nemo Beneficio, niſi ex Sententia

ria competentis Judicis, ſervato Juris ordine, lata. IX. 523. *col.* 2. §. 9. & 524. *col.* 1. & 2.

SPONSALIA.

Sponſalium definitio. II. 353. *col.* 1. *n.* 1. & 2. Olim etiam apud Gentiles Matrimunio præmitti ſolita, & hodie ob varias rationes merito præmittuntur. *ibid. n.* 3. Publice coram Parocho contrahenda; & cur potius coram Parocho Sponſæ quam Parocho Sponſi? *ibid. col.* 2. *n.* 4. & 5. Quo loco Sponſalia contrahenda; & qualiter Deſponſandi debeant eſſe diſpoſiti? II. 353. *col.* 2. *n.* 6. De Teſtium & Cunſanguineorum præſentia in celebratione Sponſalium requiſita. *ibid.* 354. *col.* 1. *n.* 7. Quæ per Parochum a Deſponſandis inquirenda? *ibid. n.* 8. Quo ritu Sponſalia fieri debeant? *ibid.* ſub *eod. n.* 8. Circa quæ Sponſi præcipue admonendi? II. 355. *col.* 2. *n.* 16. & 356. *col.* 1.

Sponſalia, alia ſunt de præſenti, alia de futuro; & quæ ſit inter illa differentia? VIII. 252. *col.* 1. Sponſalia de ſuturo per copulam ſequentem olim tranſibant in Sponſalia de præſenti. *ibid. col.* 1. & 2. An Sponſalia ſine libero contrahentium conſenſu ſint valida? VIII. 262. *col.* 2. & 263. *col.* 1. & 2.

Sponſalia clandeſtina ſunt valida. II. 354. *col.* 2. *n.* 12. & 355. *col.* 1. Conſuetudo contrahendi publice coram Parocho Sponſalia non eſt univerſalis. *ibid.* 354. *col.* 2. *n.* 10. & 353. *col.* 1. & 2. *in nota*. Conſuetudo hæc laudabilis, & merito conſervanda, *ibid.* 354. *col.* 2. *n.* 11. Deſponſati intra breve tempus debent ad Matrimonium procedere; & quare? II. 355. *col.* 1. & 2.

Sponſalia impuberum de Jure ſunt valida; & quæ ætas requiratur? II. 355. *col.* 1. *n.* 13. A Parochis non admittenda. *ibid. n.* 14. An & quando Sponſalia filiorum parentes frangere poſſint? VIII. 263. *col.* 2. & 264. *col.* 1.

Sponſalia ſi alterutra pars nolit adimplere, an cogi poſſit, & quibus mediis? II. 356. *col.* 2. *n.* 2. & 357. *col.* 1. *n.* 3. & IV. 38. *col.* 2. *n.* 21. & *ſeqq.* & 39. *col.* 1. & 2. *n.* 25. & *ſeqq.* An conveniat illam cogi? II. 357. *col.* 1. *n.* 3. Quid circa hæc obtineat in Gallia? II. 357. *col.* 2. *n.* 7. & IV. 39. *col.* 2. *n.* 29. Quid in Belgio? *ibid.* 358. *col.* 1. & 2. *n.* 10. & IV. 40. *col.* 1. *n.* 30. Aliquando ob ſcandala aliaque incommoda deſiſtendum a coactione. II. 357. *col.* 1. & 2. *n.* 4. Judex in his prudenter procedere debet. *ibid. col.* 2. *n.* 6. In Gallia Judex Eccleſiaſticus cogere non poteſt per Cenſuras, vel condemnare ad *dotandum*. ibid. *n.* 7. *Dans les Provinces où on ne benit pas les Fiançailles, il n' eſt pas néceſſaire de faire intervenir le Juge Eccleſiaſtique pour les réſoudre*. II. 556. *col.* 2. *chap.* 2. *Divers cas où le lien des Fiançailles eſt entiérement rompu par les circonſtances*. ibid. *col.* 2. *chap.* 2.

Sponſalia mutuo conſenſu inita, mutuo conſenſu diſſolvuntur. II. 358. *col.* 2. *n.* 11. Fallit in Sponſalibus impuberum; & quare? *ibid. n.* 12. item in Sponſalibus publice coram Parocho contractis; & quare? II. 360. *col.* 1. & 2. ſub *n.* 22.

Sponſalia ſæpius etiam ſine mutuo conſenſu diſſolvuntur. II. 358. *col.* 2. *n.* 13. & 359. *col.* 1. Cui pœnæ juxta Canonem Trullanum ſubjiciendus ducens alteri deſponſatam? VII. 423. *col.* 1. & 2.

Sponſalia variis ex cauſis diſſolvuntur, ex quibus & quid circa quamlibet attendendum? II. 359. & *ſeq. col.* 1. & 2. *n.* 14. & *ſeqq.* Cur facilius admittant conditionem ſuſpenſivam quam Matrimonium? II. 399. *col.* 2. *n.* 6. & 400. *col.* 1.

SPONSORES.

Sponſores, ſic dicti olim Catechumenorum Catechiſtæ. II. 45. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.*

Vide, *Patrini*.

SPORTULÆ.

Sportulas exigi vetat S. Carolus in Curia Eccleſiaſtica. IV. 174. *col.* 2. ſub *n.* 43.

STABILITAS.

Stabilitas, quæ vovetur juxta Regulam S. Benedicti, quid importet? I. 476. *col.* 2. *n.* 9. Etiam tacite continetur in formulis receutioribus. *ibid. n.* 8. Ad perpetuam clauſuram non aſtringit. *ibid.* 477. *col.* 2. *n.* 3.

STATIONES REGULARIUM.

Stationum quæ ſit origo & natura? I. 39. *col.* 2. *n.* 3. & 40. *col.* 1. & 2. *n.* 4. & *ſeqq.* Epiſcopus Regulares Parochis ſubſtituere non poteſt. I. 36. *col.* 2. *n.* 3. Nullum jus tribuunt Stationes, quantumvis diuturnæ, concionandi invito Parocho, maxime ſi per ſe id ſacere velit. I. 40. *col.* 1. *n.* 4. Id variis Sententiis confirmatum. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 5. & 41. *col.* 1. & 2. *n.* 7. Idque etiamſi jus nominandi Stationarium ſit penes Paſtorem primitivum vel Ædituos. I. 43. *col.* 1. & 2. *n.* 10. Stationarium contra Parochum præſcriptio juvare non poteſt. *ibid.* 40. *col.* 1. & 2. *n.* 5. Nolente vero Parocho per ſe prædicare,

Digitized by Google

care, vel inſtructioni non ſufficiente, & tamen adjutorium irrationabiliter recuſante, Stationarios eo invito mittere poteſt Epiſcopus. I. 37. *col.* 1. & 2. ſub *n.* 4. & 5. Quo caſu non ſufficit generalis licentia data ab Epiſcopo Fratribus Mendicantibus? ſed requiritur ſpeciale mandatum Epiſcopi? *ibid.* 44. *col.* 1. *n.* 1. Quæ a Paſtore obſervanda circa Stationarios? I. 44. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Convenit ut apud Paſtores hoſpitentur potius quam apud Laicos. *ibid.* 45. *col.* 1. ſub *n.* 5. Epiſcopus non poteſt Regulares in Stationibus ſuis continuare adverſus Parochum volentem & ſufficientem per ſe prædicare. I. 36. *col.* 2. *n.* 3. Explicatur Clementina *Dudum de Sepult.* ibid. 37. *col.* 1. *n.* 4. Sententia Conſilii Brabantiæ pro Jure Parochorum *per ſe* concionandi, non obſtante Stationariorum immemoriali poſſeſſione. I. 657. & *ſeqq. col.* 1. & 2. Stationarius non a Parocho admittendus ad concionandum, niſi de licentia Epiſcopi. I. 44. *col.* 1. *n.* 1. Convenit ut Parochus Stationariorum concionibus interſit. *ibid. col.* 2. *n.* 3. Collatio Parochi cum Stationario conveniens, & pene neceſſaria. *ibid. n.* 4. Stationarium in temporalibus juvet Parochus. *ibid.* 45. *col.* 1. *n.* 5.

STATUÆ.

Statuæ vel imagines minus honeſtæ Clericis interdictæ. I. 16. *col.* 2. *n.* 11. Contra illas quocumque loco poſitas frequenter conciones inſtituendæ. *ibid. eod. n.* 11. Qui illas retinent, abſolutione non facile donandi. IV. 157. *col.* 1. & 2. *n.* 67.

Statuarum Sanctorum an facta ſit in Concilio Niceno II. aliqua mentio? VII. 448. *col.* 2. & 449. *col.* 1. & *ibid.* 448. *col.* 1. & 2. *in nota* & 449. *itidem in nota.*

Vide, *Imagines.*

STATUTA.

Statuta Capitularia aliquando abuſus continere poſſunt, etiamſi a Sede Apoſtolica ſint confirmata. I. 83. *col.* 1. & 2. ſub *n.* 13. In his Statutis nonnunquam aliqua illicita occurrunt. III. 255. *col.* 1. ſub *n.* 23. Hinc cæco modo in ea non jurandum. I. 83. *col.* 2. ſub *n.* 13. & III. 255. *col.* 1. & 2. *n.* 24. Ab Epiſcopis revidenda & corrigenda. III. 255. *col.* 2. *n.* 25. Decretum Synodi Antverpienſis id præcipiens. *ibid. col.* 2. ſub *eod. n.* 25. Clauſula generalis derogationis Statutorum in litteris Apoſtolicis apponi ſolita, quid operetur? III. 174. *col.* 1. *n.* 29.

STIPENDIUM.

Stipendium quare dicatur id quod operariis Evangelicis debetur, non vero merces? III. 431. *col.* 2. *n.* 24. & 25. Apoſtolus non vult Clericis deberi Stipendium ut mercedem *operis* III. 450. *col.* 1. *n.* 26. & 27. Scholaſtici nimis carnaliter & litteraliter videntur intellexiſſe verba Apoſtoli: *Quis militat ſuis ſtipendiis unquam*, &c. III. 449. *col.* 2. *n.* 24. Reſponſum Adriani VI. ad textum Apoſtoli. III. 450. *col.* 1. *n.* 28.

STOLA.

Stola, quare imponatur ſiniſtro Diaconi humero? VI. 545. *col.* 2. Non licet Subdiacono Stolâ uti. *ibid. col.* 2. nec Lectori, nec Cantori. *ibid.* 546. *col.* 1.

Vide, *Orarium.*

STRENÆ.

Strenarum origo. VIII. 246. *col.* 2.

STREPITUS FORENSES.

Strepitibus forenſibus implicari Monachis & Clericis vetitum. I. 576. *col.* 2. *n.* 15. & IV. 21. *col.* 2. *n.* 4. & *ibid.* 218. *col.* 1. & 2. *n.* 38. & 39. Strepitus forenſes diebus Dominicis & Feſtivis quieſcere debent; & quare? II. 518. *col.* 2. *n.* 22. & *ibid.* 520. *col.* 1. & 2. *n.* 5. Leges & Canones ſuper hac materia. II. 520. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 4. & *ſeqq.* Sententiæ, etiam ante conceptæ, pronunciatio, ejuſdem executio, examen teſtium, hiſce diebus facta, nulla ſunt & invalida. II. 524. *col.* 2. *n.* 6. & 7. & 525. *col.* 1. Idem eſt de omnibus actibus judicialibus, etamſi fiant de conſenſu Partium. II. 525. *col.* 1. *n.* 9. *Ordonnances Royaux ſur cette matière.* II. 563. *col.* 1. & *chap.* 4.

Strepitus forenſes ut evitarentur, inducta fuit Juriſdictio Eccleſiaſtica. IV. 5. *col.* 2. *n.* 1. & 2. & 6. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 3. & *ſeqq.* & 21. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Imminutio Juriſdictionis Eccleſiaſticæ eorum inductioni potiſſimum adſcribenda. IV. 19. *col.* 2. *n.* 23. & 20. *col.* 1. *n.* 24. & *ibid.* 62. *col.* 1. *n.* 50. & 51. Quo tempore in Tribunalia Eccleſiaſtica inducti? IV. 168. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.*

STUDIUM.

Studiorum causâ abſentes, a reſidentia excuſantur. I. 91. *col.* 2. *n.* 1. & 92. *col.* 1. Clerici Studiorum causâ abſentes, obſervare debent ſtatuta de vita & honeſtate Clericorum.

Digitized by Google

rum. I. 94. *col.* 1. *n.* 11. Quandonam ſtudentes in Academiis publicis gaudeant fructibus Beneficiorum in abſentia? V. 357. & *ſeq. col.* 1. & 2. §. 4. Merito Epiſcopi, aliique Superiores de vita & progreſſu in Studiis Clericorum ſtudentium inquirunt. *ibid.* 358. *col.* 1. Clericis teſtimunia Academica non concedenda, niſi plaoe de diligentia & eorum progreſſu in Studiis conſtet. *ibid.* 358. *col.* 1. & 2.

Studium litterarum ſecularium & librorum Gentilium lectio an Clericis conveniat? VIII. 69. *col.* 2.

Vide, *Academia*, *Abſentia*, *Reſidentia*, *Univerſitates*.

STUFERUS.

Stuferus, quid ſit? III. 518. *col.* 1. *in nota* (*a*).

STUPRUM.

Stuprum quid ſit, & in quas perſonas committatur; quæ ejus pœnæ de Jure civili, item juxta Canones Pœnitentiales? IV. 151. *col.* 2. *n.* 30. & *ſeqq.* Moderatio pœnarum per Jus Cauonicum introducta hodie ſervatur. *ibid.* 151. *col.* 2. *n.* 33. & 152. *col.* 1. *n.* 34. & 35.

Stuprum inter & Adulterium quæ ſit differeutia? IV. 151. *col.* 2. *n.* 29. Pœna Stupri violenti an de jore capitalis? IV. 153. *col.* 1. *n.* 44. Quid de eo qui virginem deſponſatam violaverit? VI. 379. *col.* 2. & 380. *col.* 1.

Stuprator tenetur ſtupratam dotare, & ducere in uxorem. IV. 152. *col.* 1. *n.* 34. Uſus tamen reduxit ad alternativam ad optionem Stupratoris, niſi adſit promiſſio, quæ facile præſumirur. *ibid. n.* 35. Tenetur Sruprator ad alimenrationem prolis. *ibid. n.* 36. Quandonam mulieri credatur prolem ex Stupratore eſſe natam? *ibid.* in *eod. n.* 36. *Le Stupre eſt un rapt de ſéduction, ou un rapt de violence.* IV. 514. *col.* 1. *chap.* 6. *n.* 29. & *ſeqq.*

Stuprans virginem nondum viri potentem punitur pœnâ mortis. IV. 152. *col.* 2. *n.* 37. Item Cuſtos carceris ſtuprans captivam. *ibid. n.* 39. Quâ pœnâ afficiendi Tutor ſtuprans ſuam pupillam, Ludimagiſter pueros ſuæ diſciplinæ concrediros? *ibid. n.* 38. & 40. Quid de Sacerdote filias ſuas ſpirituales ſtuprante, vel ad libidinem provocanre? *ibid. n.* 41. *Le Prêtre qui abuſe de ſa Paroiſſienne, eſt juſticiable du Juge ſéculier.* IV. 514. *col.* 1. *n.* 41. Caſus gravis Synodo Ancyranæ propoſitus de conſciis criminis, quo quis ſororem ſponſæ ſuæ violaverat. VI. 470. *col.* 1. & 2.

Stuprum violentum quid ſit, & in quo differat a raptu? IV. 153. *col.* 1. *n.* 42. Ejus pœna atrociſſima antiquis Legibus Brabantiæ. *ibid. n.* 44. Ejus pœna hodierna, item eorum, qui operam præſtant; & parentum, qui diſſimulant, *ibid.* in *eod. n.* 44. Actio criminalis in caſu Stopri violenti noo ceſſat per contractum Matrimoniom, aut condonationem Partium. *ibid.* 153. *col.* 1. & 2. *n.* 45.

Vide, *Defloratio*.

SUBADVOCATUS.

Subadvocati quâ occaſione conſtituti? III. 184. *col.* 1. *n.* 29. Eorum jura limitabantur. *ibid. col.* 1. *n.* 30.

Vide, *Advocatia*.

SUBDATARIUS.

Subdatarii quod ſit officium? I. 411. & *ſeq. col.* 1. & 2. *n.* 6. & *ſeqq.* Subdatarius & Officialis, qui dicitur *Per obitum* una cum Datario, diſcutiunt libellos Papæ offerendos. I. 412. *col.* 1. *n.* 10.

SUBDIACONATUS, SUBDIACONUS.

Subdiaconatus multis ſeculis Ordinibus minoribus annumeratus fuit. I. 7. *col.* 2. *n.* 1. Etiam poſtquam lex continentiæ ei fuit annexa. I. 7. *col.* 2. *n.* 2. Per impoſitionem manuum non confertur. *ibid.* 8. *col.* 1. *n.* 4. Hodie Ordinibus ſacris anoumeratur. *ibid. n.* 3. De ſervanda caſtitate Subdiaconi ſerio monendi. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 5.

Subdiaconi votum caſtitatis emittere debent. VIII. 61. *col.* 2. Non eadem fuit omnium Eccleſiarum in hoc puncto diſciplina. *ibid. col.* 2. & 62. & *ſeq. col.* 1. & 2. Ipſis non fuit eodem tempore ubique continentiæ lex impoſita. VIII. 62. *col.* 2. & 63. & *ſeqq. col.* 1. & 2.

Subdiaconus honorem habere debet Diaconis. VI. 544. *col.* 2. Non licebat Subdiaconis ſedere in Diaconio; & quid Diaconium fuerit? *ibid.* 545. *col.* 1. Nec iis licebat uti Orario ſive Stolâ Diacooorum. VI. 545. *col.* 2. & 546. *col.* 1.

Subdiaconorum officia verbis Pontificalis expreſſa, hodie ad ſolam Epiſtolæ decantationem reducuntur. I. 8. *col.* 2. *n.* 6. antiquitus in Eccleſia Latina inter officia Subdiaconi non numerabantur, nec hodie in Eccleſia Græca. *ibid. col.* 2. *n.* 7. Subdiaconi introducebant Catechomenos & Pœnirentes. VI. 546. *col.* 1. Non illis licebat diſtribuere panem Euchariſticum aut ſacrum Calicem. *ibid.* 546. *col.* 2. & 547. *col.* 1. nec vaſa ſacra ſolemnirer deferre. VI. 545. *col.* 1. & 2. Nunquam vero ipſis interdicta vaſorum ſacrorum ſimplex contrectatio. *ibid. col.* 1. & VIII. 57. *col.* 1. Subdiacooi obligantur ad recitandas Horas Cano-

Digitized by Google

Canonicas. I. 9. *col.* 1. *n.* 8. Non tantum Corpori Chriſti vero, ſed etiam myſtico inſervire debent. V. 242. *col.* 2. §. 5. & 243. *col.* 1. & 2. Quam ſancte ſuis functionibus Subdiaconos inſiſtere oporteat? V. 243. *col.* 1. Quid intelligendum per *caſtigationem vocis* ſpecialiter Subdiaconis in eorum Ordinatione commendatam? V. 290. & *ſeq. col.* 1. & 2. §. 6.

Subdiaconis in Eccleſia Græca committebatur Oſtiariorum officium, iiſque non licebat fores deſerere. VI. 545. *col.* 2. & 546. *col.* 1. & 555. *col.* 1. & 2.

SUBJECTIO.

Vide, *Gradus Pœnitentiæ*.

SUBSIDIUM.

Subſidia liberalia de bonis Eccleſiæ Regibus pro defenſione Regni, contribui, ab Eccleſia probatur ſub certa moderatione. III. 593. *col.* 1. *n.* 6. De Jure communi requiritur conſenſus Epiſcopi cum Clero. *ibid. n.* 7. Requiritur notabilis neceſſitas; & qualis eſſe debeat? *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 8. & 9.

Subſidia primum Clero impoſita fuerunt occaſione Belli ſacti, & vocata ſunt Decima. III. 593. *col.* 2. *n.* 11. & *ſeqq.* Ex quibus bonis, quâ quotâ, pro quo tempore ea colligerentur? *ibid. col.* 2. *n.* 14. & 15. & 594. *col.* 1. Pontifices erant ſolliciti ut Clerici ad contribuendum *inviti* non cogerentur. III. 594. *col.* 1. *n.* 16. Concilium Lateranenſe Clericis *vigeſimam*, & Cardinalibus *decimam* impoſuit in Subſidium Cruceſignatorum. *ibid. n.* 18. Honorius III. ad ſuccurrendum Imperio Conſtantinopolitano medietatem proventuum Eccleſiaſticorum unius anni attribuit. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 19. Pontifices non ſemper requirebant conſenſum Cleri. *ibid. col.* 2. *n.* 20. Quâ conditione Clerus Gallicanus Decimam annuerit pro bello contra Hæreticos? *ibid. n.* 21. Clerus ſollicitus fuit, ne invitus cogeretur. *ibid.* 595. *col.* 1. ſub *n.* 22. Aliquando reſtitit, ne quod dabatur ut gratuitum, in neceſſitatem verteretur. *ibid.* 594. *col.* 2. *n.* 22. & 595. *col.* 1. Concilium Lateranenſe III. voluit hoc Subſidium eſſe voluntarium. VIII. 350. *col.* 2. & 351. *col.* 1. *Obſervation ſur les Subſides volontaires que le Clergé doit payer au Prince.* III. 770. *col.* 1. & 2. *chap.* 3.

Subſidiorum horum occaſione, quantâ ſervitute Clerus oppreſſus in Gallia fuerit tempore Philippi Pulchri. III. 596. *col.* 1. & 2. *n.* 29. & *ſeqq.* Conſtitutio Bonifacii VIII. hac occaſione edita. *ibid. col.* 2. *n.* 32. Ejuſdem modificatio facta per eumdem Bonifacium, Benedictum XI. & revocatio per Clementem V. III. 597. *col.* 2. *n.* 35. & 598. *col.* 1. & 2. *n.* 36. & *ſeqq.* Multis exactionibus Clerus vexatus fuit tempore magni Schiſmatis, cui occurrit Concilium Conſtantienſe. *ibid.* 599. *col.* 1. *n.* 41. Neque tamen ceſſavit Decimæ impoſitio, ſed ſolvebatur tanquam Subſidium extraordinarium & gratuitum. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 42. In Gallia Decima impoſita bonis Eccleſiaſticis, occaſione belli adverſus Calviniſtas. *ibid. col.* 2. *n.* 43. Quomodo jam facta ordinaria & perpetua? III. 600. *col.* 1. *n.* 44. Præter hanc Decimam, nova impoſitio Clero facta titulo doni gratuiti; & ad quam ſummam aſcendat? *ibid.* ſub *eod. n.* 44. Precaria vulgo *Bede*, in Belgio ſolvi ſolita, primitus fuit gratuita & extraordinaria. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 45. Hodie eſt ordinaria contributio. *ibid. col.* 2. *n.* 46. Hæc contributio non gravat bona Eccleſiaſtica. *ibid. col.* 2. *n.* 47.

Subſidia, quæ Regi annuuntur, Clerum ſecularem Brabantiæ non concernunt; quia non conſenſit. III. 600. *col.* 2. *n.* 49. Aliquando ſpeciale Subſidium Principi conceſſit. *ibid.* 601. *col.* 1. *n.* 50. Clerus Brabantiæ eſt corpus ſeparatum a Statibus, & nominatim a primo Statu, qui conſtat ex Abbatibus, etiam poſtquam Archiepiſcopus Mechlinienſis & Epiſcopus Antverpienſis ad Status fuerunt admiſſi. *ibid.* 601. *col.* 2. *n.* 52. A Principibus ut corpus ſeparatum agnitus fuit etiam hoc ſeculo. III. 604. *col.* 2. *n.* 56. Clerus juridice, etiamnum hodie, contendit ſe conſenſu Statuum non comprehendi. *ibid. n.* 57. Nunquam nominatim per Status taxatur, nec certa quota ei imponitur. *ibid. n.* 58. & 605. *col.* 1. Quæſtio aliquando fuit, qui cum Clero, & qui cum Statibus contribuere deberent. III. 601. *col.* 2. *n.* 53. & 602. *col.* 1. Poſt erectionem in Belgio Epiſcopatuum, Clerus manſit ſeparatus a primo membro Statuum Brabantiæ. *ibid.* 602. *col.* 1. & 2. *n.* 54. Clerus, urgentibus laicis, aliquando in Subſidium ex conſenſu Statuum conceſſum, *ſine conſequentia* concurrit. *ibid.* 603. *col.* 1. & 2. *n.* 55.

Subſidia, quando Clerus contribuit, colligi non debent per Laicos, ſed per Deputatos ex Clero. III. 605. *col.* 1. & 2. *n.* 59. Convenit ut immunis ſit Competentia Paſtoralis. III. 606. *col.* 1. & 2. *n.* 62. Contributiones Cleri in Brabantia factæ ſunt ſolâ auctoritate Ordinariorum, etiam inconſulto Pontifice. *ibid.* 605. *col.* 2. *n.* 60. & 61. & 606. *col.* 1. Quomodo colligantur in Belgio Subſidia, quæ Regi addicuntur? *ibid.* 606. *col.*

col. 2. *n.* 63. Mens Concilii Tridentini circa tributa a Clero Principibus ſolvenda, a quo docte & dilucide expoſita? VIII. 571. *col.* 1. & 2. *in nota*.

Subſidium Synodicum quid, & an ſit licitum? VII. 463. *col.* 2.

Vide, *Immunitas*, *Bonifacius VIII. Philippus Pulcher*, *Donum gratuitum*.

SUBSTRATIO.

Vide, *Gradus Pœnitentiæ*.

SUCCESSIO.

Succeſſione parentum Monachi Jure Juſtinianæo non excluduntur. I. 501. *col.* 2. *n.* 1. & 502. *col.* 1. Quid Imperator Juſtinianus ſtatuerit circa Succeſſionem Monaſterii in bona ipſius Monachi, & in hæreditatem ipſius Profeſſi? V. 60. *col.* 1. & 2. §. 3. Quid pro intellectu Conſtitutionum Juſtiniani circa hanc materiam notandum? *ibid.* 61. *col.* 1. & 2. §. 4. Hæ Leges nunquam in Gallia receptæ; aut, ſi aliquando obtinuerint, a tempore immemoriali abrogatæ ſunt & in Gallia & in Belgio. VI. 65. *col.* 2. §. 7. & 66. *col.* 1. & 2. Conſuetudines & Statuta, quæ leges Juſtiniani circa Succeſſionem Monaſteriorum abrogarunt, reduxerunt Monaſteria ad Jus quod ante Juſtiniani Conſtitutionem obtinebat, neque immunitati Eccleſiaſticæ contrariantur, & erronee conſunduntur cum lege amortizationis. V. 68. *col.* 1. & 2. §. 9. & 69. *col.* 1.

Succeſſione parentum in Gallia & Belgio Monachi penitus excluduntur. I. 502. & *ſeqq.* *col.* 1. & 2. *n.* 3. & *ſeqq.* Quinam ſub incapacitate hac comprehendantur? *ibid.* 503. *col.* 1. *n.* 7. An comprehendantur Fratres tertii Ordinis S. Franciſci? *ibid.* in *eod.* *n.* 7. An Eremitæ & Hoſpitalarii? *ibid.* *n.* 8. Quid circa P. P. Societatis obtineat? *ibid.* 503. *col.* 1. & 2. *n.* 9. Nec Diſpenſatio Papæ, nec promotio in Epiſcopum poteſt Regularem reddere capacem Succeſſionis. I. 503. *col.* 2. *n.* 10. & 504. *col.* 1. Reſcripta Apoſtolica abſolventia a voto cum facultate ſuccedendi, in Gallia non admittuntur. *ibid.* in *eod.* *n.* 10. Quinam ſuccedere deberent in peculium Epiſcopi, qui fuerat ante Religioſus? *ibid.* 504. *col.* 1. & 2. *in nota*. An Monaſterium quoad effectum juris & modum ſuccedendi in bona ingredientis, habeatur loco filii? V. 161. *col.* 2. §. 3. & 162. *col.* 1. & 2. Quid, quando quis nihil de Monaſterii ingreſſu cogitans condit teſtamentum, neque in ipſo ingreſſu innovat aut revocat? V. 162. *col.* 2. §. 4. & 163. *col.* 1. & 2. Quid, dum quis de ingreſſu Monaſterii cogitans teſtamentum condit, quo Monaſterium a bonis ſuis excludit? *ibid.* 163. *col.* 1. & 2. Num de conſuetudine & Jure Belgii vel apparenter ſuperſit jus Monaſteriis ad hæreditatem ingredientis aut parentum ejus, ſuper quo *tranſigere* poſſint? *ibid.* 164. *col.* 1. & 2. §. 5. & 165. *col.* 1. An Monachus ad Epiſcopatum aſſumptus, fiat capax Succeſſionis paternæ? VIII. 194. *col.* 1. Quodnam jus habeant parentes in hæreditatem bonorum Religioſi ad Epiſcopatum promoti? VIII. 194. *col.* 1. & 2. & *ibid.* *in nota* (*b*).

Succeſſio Clerici, etiam in bona patrimonialia, deficientibus hæredibus, defertur Eccleſiæ, excluſo fiſco. III. 427. *col.* 1. *n.* 32. Hac de re obſervanda quædam. *ibid.* 427. *col.* 1. & 2. *in nota*.

Succeſſio Clericorum, quoad bona Eccleſiaſtica, poſt mortem eorum defertur Eccleſiæ; & quid nomine Eccleſiæ hic intelligatur? III. 464. *col.* 1. *n.* 1. Juxta Decretales devolvuntur, vel ad Congregationem, vel ad Succeſſorem, titulo peculii, non vero hæreditatis. III. 465. *col.* 1. *n.* 8. & 9. Ad quem devolvantur bona Epiſcopi, Archidiaconi, vel alterius in dignitate conſtituti? *ibid.* *col.* 1. *n.* 7. Jure communi a Succeſſione Clericorum videtur excluſus Epiſcopus. *ibid.* 465. *col.* 2. ſub *n.* 10. Sed conſuetudo ei videtur deferre eam, quoad bona mobilia tantum. *ibid.* *n.* 11. Quæ ſit hac in parte conſuetudo Diœceſis Leodienſis? *ibid.* *n.* 12. Conſuetudo deferens mobilia Clerici defuncti Epiſcopo, probata in Synodis Tornacenſibus. *ibid.* *n.* 13. & 466. *col.* 1. Canonicis hodie ab inteſtato ſuccedunt Capitula quoad bona mobilia tantum. *ibid.* 466. *col.* 1. *n.* 14. Quinam ad hunc effectum dicantur decedere inteſtati? *ibid.* *col.* 2. *n.* 16. & 17. & 467. *col.* 1. Nemo cum injuria filiorum Eccleſiam debet facere hæredem. VIII. 193. *col.* 1. & 2.

Succeſſio Clerici decedentis inteſtati, generali conſuetudine totius Regni Galliæ, defertur indiſtincte proximis conſanguineis. III. 467. *col.* 1. *n.* 19. Etiam Succeſſio Epiſcopi, qui vitam monaſticam profeſſus fuerat, quod & in Belgio ſervatur. *ibid.* *n.* 20. & 21. Id tamen non procedit quoad omnia bona. *ibid.* *col.* 2. *n.* 22. Neque procedit, cum ex conjecturis ſat conſtat defunctum voluiſſe relinquere Eccleſiæ. *ibid.* *n.* 23. Quid de fructibus anni currentis, & quâ ratione dividendi, item de oneribus ejuſdem anni ferendis? *ibid.* *n.* 24. In aliquibus Eccleſiis computatur annus a die ſancti Joannis, aut alterius Sancti.

cti.

cti. *ibid. n.* 25. & 468. *col.* 1. Hi, quibus fructus non percepti cedunt, tenentur curare, ut oneribus Beneficii ſatisfiat. *ibid.* 468. *col.* 1. & 2. *n.* 28. Annus gratiæ, qui in multis Capitulis datur, pluribus improbatur. *ibid.* 468. *col.* 2. *n.* 29. & 30. Nullâ legitimâ auctoritate, & ex cauſa parum honeſta introductus apparet. III. 468. *col.* 2. *n.* 31. & 469. *col.* 1. Quo titulo conſuetudo deferens Bona Eccleſiaſtica ad hæredes ab inteſtato, ſuſtineatur in Foro exteriori? *ibid.* 469. *col.* 2. *n.* 33. Hæc conſuetudo non immutat naturam Bonorum Eccleſiaſticorum. *ibid. n.* 34. Hanc Succeſſionem hæredes tenentur ut bona Eccleſiæ adminiſtrare. *ibid. n.* 35. Ad idem tenentur Epiſcopus, Capitulum vel Succeſſor. *ibid. n.* 36. & 470. *col.* 1. An Canonici bona mobilia defuncti inter ſe dividere poſſint? *ibid.* 470. *col.* 1. *n.* 37. Laudabile, quoad hoc, Statutum Capituli ſecundæ fundationis D. Petri Lovanii. *ibid.* ſub *eod. n.* 37. Jus Spolii, quod ſibi vendicant Summi Pontifices in bona Clericorum inteſtatorum. *ibid.* 470. & 471. *col.* 1. & 2. *n.* 38. Hoc jure non utuntur nec in Galliis, nec in Belgio. *ibid.* 471. *col.* 2. ſub *eod. n.* 38.

SUDARIUM.

Vide, *Mappula*.

SUFFOCATUM.

Vide, *Sanguis*.

SUFFRAGANEUS.

Suffraganeorum Superior Metropolitanus. I. 303. *col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* Suffraganei ad Eccleſiam Metropolitanam accedere tenebantur; ſed Synodus Tridentina illam neceſſitatem limitavit. *ibid.* 303. *col.* 2. *n.* 8. Quomodo intelligendum hac de re Decretum Concilii Tridentini? *ibid. n.* 9. & 304. *col.* 1. Metropolitanus nullam habet immediatam in ſubditos ſuorum Suffraganeorum juriſdictionem. *ibid.* 303. *col.* 1. *n.* 2. Cauſæ a Suffraganeis per appellationem devolvuntur ad Metropolitanum. *ibid.* 304. *col.* 1. *n.* 11. Quod fit etiam ex ſola negligentia Suffraganeorum. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 12. *Quel eſt ſur cela l'uſage de la France?* I. 730. *col.* 1. & 2. *chap.* 4. & 5.

Suffraganeos ſuos ſuper defectu in officio Epiſcopali monere debet Metropolitanus, eoſque corrigere. I. 305. *col.* 1. *n.* 15. Auctoritas Metropolitanorum in Suffraganeos a Gratiano recte expoſita, & a Concilio Tridentino probata. *ibid.* 304. *col.* 2. *n.* 13. & 14. Jus Metropolitani in Epiſcopos Suffraganeos videtur profluxiſſe ex officio caritatis. I. 306. *col.* 1. & 2. *n.* 3.

Vide, *Metropolitanus*.

SUFFRAGIUM.

Suffragium quinam habeant in Actibus & Electionibus Capitularibus? I. 81. *col.* 1. *n.* 7. In Capitulis a majori parte Suffragiorum concluditur, & hinc nonnumquam Statuta injuſta. I. 82. *col.* 2. *n.* 12. Quinam Suffragio gaudeant in Electionibus & Capitulis clauſtralibus? I. 569. *col.* 1. & 2. *n.* 6. Olim indifferenter Clerici & Converſi Suffragiis gaudebant, quod adhuc ſervatur in Ordine S. Franciſci. *ibid. col.* 1. & 2. ſub *eod. n.* 6. A quo tempore, & quare id immutatum? *ibid.* 569. *col.* 2. *n.* 7.

Suffragium poteſt dari per Procuratorem; & varia tunc obſervanda. III. 79. *col.* 1. *n.* 17. An poſſit dari per litteras? *ibid. col.* 2. *n.* 19. Omnes Suffragio gaudentes ad electionem vocandi; & quomodo? III. 78. *col.* 1. & 2. *n.* 12. Conſuetudine induci poteſt, ut ad electionem non vocentur abſentes. III. 80. *col.* 1. *n.* 24.

Suffragia dari debent capitulariter. III. 80. *col.* 2. *n.* 30. & 81. *col.* 1. Hodie Suffragia ſolent numerari, non ponderari. I. 599. *col.* 2. *n.* 6. & III. 81. *col.* 2. *n.* 34. Quænam pars in electionibus dicatur ſanior? III. 81. *col.* 1. & 2. *n.* 33. Quomodo danda & colligenda Suffragia in electione per ſcrutinium? III. 84. *col.* 2. *n.* 15. Quomodo danda in electionibus Superiorum Regularium, qui non ſunt perpetui? I. 600. *col.* 1. *n.* 10.

Suffragium quid ſit in Novella 8. Juſtiniani? VI. 205. *col.* 1. & 2. §. 9. & 10. & 206. *col.* 1. Accipere Suffragium a Judicibus, totius nequitiæ eſt principium & terminus. *ibid.* 205. *col.* 2. ſub §. 9.

Vide, *Capitulum*, *Electio*, *Turnus*, *Scrutinium*.

SUICIDA.

Suicidæ privantur ſepulturâ Eccleſiaſticâ. VIII. 219. *col.* 1. Nemini fas eſt ſeipſum occidere. *ibid. col.* 1.

SUPERIOR REGULARIS.

Superiores Monaſteriorum olim omnes erant perpetui; & cur in aliquibus Inſtitutis hoc mutatum? I. 556. *col.* 2. *n.* 15. & 16. Inter triennales & perpetuos quoad dignitatem & auctoritatem nulla diſtinctio. *ibid.* 557. *col.* 1. *n.* 17. Superiores generales vel Provincia-

 les,

les, durante termino ſuæ adminiſtrationis, ſine cauſa & ordine judicii removeri non poſſunt. I. 561. *col.* 1. *n.* 21. Superiorum qualitates, officia, & poteſtas. I. 562. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq. Qui ſont ceux qui ont droit de porter l'Excommunication majeure?* I. 734. *col.* 1. *chap.* 3.

Superiorum indiſpenſabilis obligatio ſubditos ſuos verbo inſtruendi. V. 24. *col.* 1. & 2. §. 52. Qualis eſſe debeat Superiorum prædicatio, ut ſit fructuoſa? *ibid. col.* 2. & 25. *col.* 1. Non una eadem cunctis exhortatio congruit. *ibid.* 25. *col.* 2. Ipſis indefeſſa ſollicitudo, ac continua ſuper gregem vigilantia incumbit. *ibid.* 26. *col.* 1. Tria Superioribus, imo & omnibus animarum Rectoribus, neceſſaria. *ibid. col.* 2. Superior manſuetudine magis quam poteſtate agere debet. VIII. 77. *col.* 1.

Superiorum tam perpetuorum quam temporalium electionis forma. I. 599. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 1. & *ſeqq.* In electione Superiorum magis ad merita quam ad ætatem attendendum. I. 609. *col.* 2. *n.* 18. Illegitimus in Prælatum eligi non poteſt, non obſtante quod per profeſſionem ſublata ſit irregularitas? II. 306. *col.* 2. *n.* 30. Solus Pontifex eum poteſt habilitare. *ibid. n.* 31. & 307. *col.* 1. In litteris Diſpenſationis per Pœnitentiarium expeditis excipi ſolet Generalatus. *ibid.* 307. *col.* 1. in *eod. n.* 31.

Superiores Regulares habent primam correctionem in ſuos ſubditos, iiſque deficientibus, Epiſcopus. I. 616. *col.* 2. *n.* 3. Eorum auctoritas circa reductiones Fundationum, Miſſarum & Anniverſariorum. II. 127. *col.* 1. & 2. *n.* 30. & *ſeqq.* Superiorum, qui habent juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, interventio & conſenſus ſufficit in alienatione bonorum. I. 572. *col.* 1. & 2. *n.* 25.

Superiori in rebus illicitis non obediendum. VIII. 160. *col.* 1. Superſtitioſæ credulitatis eſt exiſtimare quæcumque Superiorum facta approbanda, neque adverſus Superiores unquam audiendos eſſe inferiores. IX. 514. *col.* 1. §. 7. Pluribus probatur exemplis Superiores non raro ſuâ poteſtate graviter abuti. *ibid. col.* 1. & 2. §. 7. & 515. & *ſeq. col.* 1. & 2.

Superiores extranei in Gallia & Belgio non poſſunt ad reformationem procedere ſine conſenſu Regis. I. 619. *col.* 2. *n.* 18. & 19. & 620. *col.* 1. nec viſitare. *ibid.* 619. *col.* 2. in *eod. n.* 18. Tenentur conſtituere Vicarium Regnicolam, qui Regularibus ſui Ordinis in Regno ſuperintendat. I. 619. *col.* 1. & 2. *n.* 15.

Superiores Monaſteriorum ſummopere curare debent, ut eradicetur proprietatis vitium, ſerveturque perfecta rerum communio. V. 7. *col.* 1. & 8. & *ſeq. col.* 1. & 2. & 125. *col.* 1. & 2. & *ibid.* 154. *col.* 1. 2. Pia tentatio quam poſſint adhibere ad detegendum proprietatis vitium. V. 8. *col.* 2. & 9. *col.* 1.

Superiores vitam communem relaxare non poſſunt. I. 496. *col.* 1. *n.* 7. Non credendum Superioribus aſſerentibus ſe poſſe in vita communi diſpenſare. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 8. & 9. & 528. *col.* 2. *n.* 14. Patet ex Regulis Religioſorum, quod nequidem *dependenter* a voluntate & nutu Superioris, peculia ad uſus particulares alicujus Religioſi concedi aut reſervari poſſint. V. 9. & *ſeq. col.* 1. & 2. *coroll.* 2. Quod iterum probatur. V. 13. *col.* 2. §. 5. & 14. *col.* 1. & 2. A ſubditis non facile dijudicanda Præpoſitorum mandata; ſed neceſſaria prudentia, quâ advertatur num præceptum Superioris cum divinis Inſtitutis conſiſtat. V. 14. *col.* 2. Qualem uſum mobilium Superiores permittere poſſint? *ibid.* 15. *col.* 2. ſub §. 6. & 16. *col.* 1. Ne detur occaſio vitio proprietatis, inhibitum eſt Monaſteriorum Superioribus, ſingulis Religioſis aſſignare certas pecuniarum taxas, ut ex iis ſibi quiſque neceſſaria conquirat. V. 16. & *ſeqq. col.* 1. & 2. §. 7. Quid Superiores obſervare debeant, dum uſum mobilium Religioſis concedunt, ne vel injuſtitiæ aut vitii proprietatis complices fiant? V. 18. & *ſeq. col.* 1. & 2. §. 8. Quanta in ſuperiore requiratur prudentia circa juſtam & rectam diſpenſandi formam? *ibid.* 18. *col.* 2. Ipſi vitanda perſonarum acceptio. *ibid.* 19. *col.* 1. ſub §. 8.

Superiores Monaſteriorum tenentur allaborare, ut Religioſi ſive in Monaſterio, ſive extra Monaſterium exiſtentes, quantum fieri poteſt, neceſſaria ſua ab aliena expectent voluntate. V. 19. & *ſeq. col.* 1. & 2. §. 9. Præclara & optima hac de re Capituli Windeſemenſis Conſtitutio. V. 20. *col.* 1. & 2.

Superiorum licentia facit ſubinde Religioſos liberius peccare. I. 528. *col.* 2. ſub *n.* 14. Quomodo dent occaſionem vitio proprietatis? *ibid.* ſub *eod. n.* 14. Superiores ſunt tantum diſpenſatores, & finem a Fundatoribus præfixum attendere debent. I. 574. *col.* 1. *n.* 3. Non ſunt bonorum, imo ne fructuum quidem domini. *ibid. col.* 1. *n.* 4. Ita verſari debent circa temporalia, ut ſpiritualia non negligant. *ibid.* 575. *col.* 1. & 2. *n.* 10. Temporalibus curandis deputent Officiales. *ibid. col.* 2. *n.* 11. Adminiſtratio bonorum ſtabilium etiam dependenter a nutu Superioris concedi nequit ſimplici Religioſo, ſed ſolis Offi-

Digitized by Google

Officialibus qui illa in utilitatem Monaſterii adminiſtrent. V. 22. *col.* 2. §. 11. & 23. & *ſeq. col.* 1. & 2. Quam juſtum ſit hanc adminiſtrationem committi Officialibus potiusquam Superioribus. V. 24. & *ſeqq. col.* 1. & 2. §. 12. Quænam a Superioribus in deſignatione Officialium attendenda? V. 27. *col.* 1. & 2. §. 13.

Vide, *Abbas*, *Abbatiſſa*, *Monaſterium*, *Prior*, *Peculium Monachi*.

SUPERSTITIO.

Superſtitiones in cultum imaginum Sanctorum & Reliquiarum ſæpe irrepunt. III. 676. *col.* 2. *n.* 39. & 677. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *n.* 40. & *ſeqq.* & IV. 137. *col.* 2. *n.* 32. & 143. *col.* 1. & 2. *n.* 57. & 58. Abominanda Superſtitio, de qua Synodus Cameracenſis. III. 676. *col.* 2. *n.* 38. In quarumdam Confraternitatum libellis occurrunt plurima quæ huic Superſtitioni occaſionem dare poſſunt. III. 677. *col.* 1. *n.* 41. Certo numero Miſſarum vel precum certam e Purgatorio liberationem promittere, vana eſt Superſtitio. III. 677. *col.* 2. *n.* 42. & IV. 139. *col.* 2. *n.* 45. Superſtitiones ſunt illicitæ etiam ad conſervationem vitæ, vel ad maleficium aliquod repellendum. IV. 137. *col.* 2. *n.* 35. & 138. *col.* 1. *n.* 36. & *ſeqq.* Varia Synodorum Belgicarum adverſus eas Decreta. *ibid.* 138. *col.* 1. & 2. *n.* 37. & *ſeqq.* Regula ad dignoſcendum an aliquid ſit ſuperſtitioſum. IV. 138. *col.* 2. *n.* 40. & 41. Ex hac regula patet plures obſervationes eſſe ſuperſtitioſas. *ibid.* 139. *col.* 1. *n.* 42. Grave peccatum eſt hujuſmodi obſervationibus uti. *ibid.* *n.* 43. Perſtringuntur quædam obſervationes ſuperſtitioſæ. *ibid. col.* 1. & 2. *n.* 44. Quid de Superſtitionibus in Synodo Mechlinienſi & in Edicto Regio? VIII. 626. *col.* 1.

Superſtitionum variæ ſpecies, de quibus Synodi præcipiunt populum eſſe monendum. IV. 139. *col.* 2. *n.* 46. Principum Edicta adverſus Superſtitiones. *ibid. n.* 47. & 140. *col.* 1. Circa quæ Epiſcopi & Parochi præcipue inquirere debeant pro abolendis Superſtitionibus? IV. 141. *col.* 2. *n.* 54. & 142. *col.* 1. & 2. Formula uſitata inter milites Hiſpanos, judicata ſuperſtitioſa per Epiſcopum Yprenſem. *ibid.* 142. *col.* 2. *n.* 55. Cavendum ne Superſtitiones immiſceantur Exorciſmis. IV. 144. *col.* 1. *n.* 59.

Superſtitioſa præſertim Clericis interdicta. VI. 553. *col.* 1.

Superſtitiones e Gentilitate ad Chriſtianos derivatæ, ſedulo evellendæ. VII. 274. *col.* 1. & 2. Variæ Gentilium Superſtitiones a Chriſtianis vitandæ, VIII. 245. *col.* 2. & 246. *col.* 1. & 2.

Vide, *Magia*, *Sortilegium*, *Paganus*, *Purgatio vulgaris*.

SUPPLICA.

Vide, *Proviſio*.

SUPPLICATIO.

Vide, *Proceſſio*.

SUPPLICIUM.

Supplicia damnatorum ſpectare Clericis vetitum. VIII. 378. *col.* 2. & 379. *col.* 1. De cura ſalutis extremo Supplicio afficiendorum. VIII. 625. *col.* 2.

SUPPRIOR.

Supprior, quis hodie ſic vocari ſoleat? I. 558. *col.* 2. *n.* 4. & 559. *col.* 1.

SURDUS.

Vide, *Claudus*.

SURROGATIO.

Surrogatio in Beneficia litigioſa, altero collitigantium decedente, prohibita per Cap. *Si ii ut lite pendente*. III. 172. *col.* 1. *n.* 5. & 6. Clauſula Proviſionibus Apoſtolicis inſeri ſolita, quæ diſpoſitioni hujus Cap. derogat. *ibid. n.* 7. Diſpoſitio hujus Capituli, nec in Gallia, nec in Belgio obtinet. *ibid. n.* 8. In Galliis etiam in Belgio Surrogatio fit apud Judicem coram quo litigatur; & quâ formâ? *ibid.* 172. *col.* 2. *n.* 10.

SUSCEPTORES.

Vide, *Patrini*.

SUSPECTATIO.

Vide, *Recuſatio*.

SUSPENSIO.

Suſpenſionis definitio. IV. 425. *col.* 1. *n.* 2. & IX. 94. & *ſeqq. col.* 1. & 2. *cap.* 10. Primitus inter ſpecies Cenſuræ non numerabatur. IX. 94. *col.* 2. Eſt hodie Cenſura propria Clericis. IV. 425. *col.* 1. *n.* 5. & IX. 95. *col.* 1. In quo differat ab Excommunicatione? IX. 94. *col.* 2. Suſpenſio eſt pœna ordinaria, eaque publica & graviſſima, quæ ſolemnem & plenam cognitionem requirit. IX. 554. *col.* 1. Eſſet invalida, ſi Epiſcopus *via facti*, & prætermiſſo Juris ordine, ad eam proſiliret. *ibid.* 554. *col.* 1. & 2. Per

talem

ralem Suſpenſionem, non Juris ordine ſervato latam, Paſtor jure ſacras exercendi functiones non privatur. IX. 555. *col.* 1. & 2. ſub §. 6. Alia eſt Suſpenſio ab officio, alia a Beneficio; & quid quælibet importet, & a quibus privet? IV. 425. *col.* 1. & 2. *n.* 6. & *ſeqq.* An Abbatiſſa Suſpenſionem ferre poſſit? IV. 393. *col.* 1. *n.* 11. Explicatur Cap. 12. ⁂ *De Majoritate & Obedientia*. ibid. *eod. n.* 11.

Suſpenſio poteſt eſſe partialis ad ea quæ ſunt Ordinis, vel quæ Juriſdictionis, aut aliqua eorum. IV. 425. *col.* 2. *n.* 9. Poteſt etiam limitari ad locum. *ibid. n.* 10. & IX. 95. *col.* 2. & 96. *col.* 1. Multis ſeculis ignota fuit diſtinctio Suſpenſionis a Beneficio & ab Ordine. IV. 426. *col.* 1. *n.* 15. Suſpenſo, ſi petat, debet dari copia Sententiæ Suſpenſionis. *ibid. col.* 1. *n.* 18. Suſpenſio non privat Suſpenſum ſuo Beneficio aut Officio. *ibid.* 426. *col.* 2. *n.* 20. Quâ ratione Suſpenſio cenſeatur non perpetua? *ibid. n.* 21. & IX. 96. *col.* 1. & 2.

Suſpenſio lata ſimpliciter non tollitur niſi per abſolutionem. IV. 425. *col.* 2. *n.* 11. In quo differat a depoſitione? IV. 426. *col.* 2. *n.* 22. Lata ad tempus, per lapſum temporis expirat. *ibid.* 426. *col.* 1. *n.* 13. Suſpenſio a Beneficio quid importet? *ibid. n.* 14. An Suſpenſio ab Officio hodie importet Suſpenſionem a Beneficio? *ibid. n.* 16.

Suſpenſionis Sententia non ferenda niſi causâ cognitâ, & ſervato Juris ordine. IX. 524. *col.* 1. & 2. Ferenda eſt ſcripto cum expreſſione cauſæ. IV. 426. *col.* 1. *n.* 17. Quandonam incurratur Suſpenſio latæ Sententiæ? *ibid. col.* 2. *n.* 19. Suſpenſionem ſuam violans per exercitium Ordinis a quo ſuſpenſus eſt, fit irregularis. IV. 427. *col.* 1. *n.* 23. & IX. 96. *col.* 2. Id de jure etiam in Clericis Minorum Ordinum obtinere verius eſt. IV. 427. *col.* 1. *n.* 24. Secus, attendendo multarum Eccleſiarum conſuetudinem. *ibid. col.* 1. *n.* 25.

